STEPH. ANTONI MORCELLI

OPERVM EPIGRAPHICORVM

VOLVMEN V.

STEPH· ANTONI MORCELLI

ΠΑΡΕΡΓΟΝ

INSCRIPTIONVM NOVISSIMARVM

AB ANNO M · DCC · LXXXIIII ·

ANDREAE ANDREII RHETORIS

CVRA EDITVM



PATAVII

TYPIS SEMINARII

AN· M · DCCC · XVIII ·

STEPH. ANTONI MORCELLI

EPISTVLA

AD ANDREAM ANDREIVM RHETOREM

Senem hortaris, mi Andrea, ut fasciculum Inscriptionum, quas nempe post priorum editionem hactenus exaraverim, mancipii jure ad te mittam. quid ni adnuam? primum enim vel si nonum in annum premam, nihil profecerim, quod corrigere emissas aut mutare sit nefas: deinde si lucem forte adspecturae sint, qualescumque ego fecerim, eae periculo edentur tuo. habeto igitur quae postulas, et tua habeto non modo mancipio ac nexu, sed etiam usu atque fructu. illud tantum admoneo, si quando de editione cogitaveris, ut invitum me plerumque ad scribendum accessisse memineris: itaque Inscriptiones, quae tibi non probentur, aequus censor liberius rejicias. diserte equidem professus fueram, nihil me in posterum de hoc litterarum genere delibaturum: et erat is animus, si semper repugnare licuisset. aliae enim me curae, ut nosti, per hosce annos exercebant, quae litteris ejusmodi vacare vix paterentur. quid tamen? officiosorum hominum studiis identidem obsequendum omnino fuit, et, quod levissimum mihi etiam videbatur, hora quandoque impendenda, ne me vel subiratum sibi crederent, vel facilitatis meae jam poenituisse existimarent. ita sensim est factum, ut chartis, in quibus titulos primo scripsissem, maxima ex parte sepositis, post aliquot annos tantum exemplorum nec opinanti adcreverit, quantum libello conficiendo satis esset. quae tamen, quia citius interdum effusa sunt, quam par esset, vel etiam invito propemodum animo exciderunt, judicium omnino tuum, quo polles, delectumque requirunt.

Ceterum de hoc numero quantulum id cumque erit, quod tu editurus sis, homines vel urbanissimi mihi etiam fortasse succenseant, quod Inscriptionum edendarum

nullam faciam finem, inscripturi libello nostro, quod uni olim e tot illis Domitiani arcubus, quibus urbem impleverat, inscriptum accepimus, APKEI, satis scilicet superque factum (1). neque ego judicium eorum reprehendere possum: neque enim aequius agere quispiam videtur, quam qui unicuique rei statuat modum: quamquam hunc ipsum modum servare pauci norunt, et plerique quum excedunt, nihil se peccare contendunt. at mihi tamen tibique excusatio in promptu est quaedam, eaque, ut opinor, probabilis. primum enim, quod ipse perlegendo agnosces, mihi per hosce annos Inscriptionum argumenta proposita sunt ejusmodi, quae priora illa varietate longe superarent. quare Inscriptiones hae novae editarum numerum non augent solum, sed etiam complent. multa quippe antea indicta in his afferenda fuerunt, quae ubi vulgata fuerint, nonnullorum laborem levare possint: quaedam etiam alia ratione explicata, unde formularum census mea opera aliquid crevisse videatur. jam vero vel primis illis exemplis Inscriptionum prolatis, quia paullatim inter tirones convenit, leges plane esse aliquas Inscriptionum conficiendarum, quidam etiam non modo rationem illam meam sequuntur, sed formulas quoque ipsas et totum scribendi genus adamare coeperunt, iis profecto neque inutile neque ingratum fore auguror, si legum earum quasi norma quaedam adhibeatur, et largior rursus exemplorum copia suppeditetur. adde et illud, summorum virorum monumenta, quae uni addicta loco plerisque ignota esse necesse sit, Inscriptionibus in lucem emissis, nota ubique atque in laude fore: quod et iis jucundum erit, ad quos illa spectant, et ceteris voluptatem aliquam atque utilitatem afferet, qui de eorum splendore, gloria, munificentia, pietate non sine quadam virtutis aemulatione cognoscent.

Haec sunt, mi Andrea, quae editionis hujus studium sive tuum sive etiam meum excusare aliquatenus possint. tu vero, qui hoc quoque scribendi genere mirifice delectaris, atque ab ipsa adolescentia eximia quaeque et praeclara persequeris, tu, inquam, commentatione ipse tua quasique salibus identidem adspersis efficere unus maxime possis, ut libellus hic, qualiscumque est, sapere aliquid, et alicujus tandem pretii edititiis saltem judicibus esse videatur. sed in primis labori huic tuo plurimum accedet utilitatis, si eos cohortatus antea fueris, qui minus Latine quum sciant, Gruterumque vix norint, nedum ceteros, quibus vetera hujusmodi monumenta debemus, stilum tamen hunc nostrum tractare audent, alias potius ut litteras colant, atque in alia se studia

(1) Sveton. in Domit. c. 13.

abdant, nihil hinc sperantes sibi ex dignitate successurum. qui vero Latinas litteras impensius adamarint, atque antiquitatem scrutati sint, illud iis potissimum inculcandum erit, suas esse Inscriptionibus quodammodo classes, suum singulis genus: ut qui haec ignorent, formulasque sine discrimine adhibeant vel optimas, a stilo illo veteri se aberraturos, nec ad majorum normam scripturos intelligant. opportune etiam suadeas, ne quis Inscriptioni locum ubique esse putet. Graecorum ea fuit consuetudo paullo liberior, ut quidquid vellent, id ubicumque placuisset, inscriberent. cujusmodi haberi possit Ptolemaei Evergetis praeclara Inscriptio, quam vidit descripsitque Cosmas Indicopleustes (1) apud Adulen maritimam Aethiopiae urbem. ea enim, quae Regis illius res gestas complectitur, legebatur in sella marmorea, quam et totam implebat. ceterum ea sella donarium erat Marti a Rege dicatum, quemadmodum ipse in clausula testatur: itaque ea titulum illum vix respuebat. eodem modo Graeci veteres non modo in donariis, sed etiam ipsis in simulacris aut picturis inscribere aliquid solebant. in columnis quoque vel Decreta civitatum incidenda curabant, quae in hippodromis extarent, honori privatorum hominum, qui de re publica aliquatenus bene meruisse viderentur (2). at haec Latini illis optimis temporibus, quum omnia ad splendorem et dignitatem revocarentur, parce et restricte usurparunt, vix alibi, quam in templis operibusque publicis atque sub statuis titulos inscribentes: nisi quod largius defunctos epitaphiis honorarunt. haec imitari praestat, nec levitati hominum facile indulgendum, quum res quasque privatas aequiparare audent publicis.

Sed illud maxime facito ut tirones meminerint, quum de honoraria Inscriptione agitur, eam prostare solitariam non debere, neque titulo ulli sine re locum esse. perridicule enim quidam, quum praeter verba nihil emineret, *Saxum* adscripsere dicatum, quorum utique monumentorum magna ubique copia est. exempli instar sunto quae afferam (3):

(1) apud Montfauc. Coll. nov. PP. T. II. p. 141. et Sponium p. 358.

(2) Maff. Mus. Ver. p. 327.

(3) utraque Castro vetere in fin. Marsor. apud Tommassettos.

Q · VARIO · Q · F ·
SERG · GEMINO · Q ·
PAGVS · VECELLANVS

Q · VARIO · Q · F ·
GEMINO
LEG · DIVI · AVG · II ·
PRO · COS · PR · TR · PL ·
Q · QVAESIT · IVDIC ·
PRAEF · FRVM · DAND ·
X · VIR · STL · IVDIC ·
CVRATORI · AEDIVM · SACR ·
MONVMENTOR · QVE · PVBLIC ·
IS · PRIMVS · OMNIVM · PAELIGNOR · SENATOR
FACTVS · EST · ET · EOS · HONORES · GESSIT

Neutrum porro exemplum solitarium stetisse cogitare debent, imo utrumque sub Gemini simulacro: quo amoto nec veritas in titulis fuisset nec dignitas: ridendique Vecellani ac Paeligni fuissent, qui nihil Gemini honori dedicassent, et se tamen aliquid dedicasse profiterentur. nam hoc ipsa verborum structura declarat.

Quin et in epitaphiis si recto casu nomen efferebatur, viri effigiem tumulus habebat: ecce tibi specimen cum epigrammate antiqui leporis (1):

CN · TARA (capitis locus) CIVS · CN · F ·
VI · A · XX · OSSA · EIVS · HIC · SITA · SVNT
EHEV · HEV · TARACSI · VT · ACERBO · ES · DEDITVS · FATO
NON · AEVO · EXSACTO · VITAI · ES · TRADITVS · MORTI
SED · CVM · TE · DECVIT · FLORERE · AETATE · IVVENTA
INTERIEISTI · ET · LIQVISTI · IN · MOERORIBVS · MATREM

Jam non minus addiscere eos jubeas, qui haec amant, exemplorum veterum quae potior auctoritas sit: ne omnia privatorum monumenta tanti faciant, ut quae rudes saepe plebejo sermone usi effuderunt, singula sibi sine delectu imitanda arbitrentur. publica vero auctor sis, ne unquam contemnant: quibus vel tum auctoritas tribuenda est, quum inauditum aliquid novumque produnt: cujusmodi illa est Bononiensis Inscriptio optimae notae, in qua primum vox *Cenatorium* occurrit, quae tricliniarem auget censum (2):

(1) Ardit. de Vas. Locr. p. 19.

(2) Bonon. in atrio Bibl. max.

I · O · M · DOL ·
Q · POBLICIVS · MODESTINVS
SEVIR · ET · CLAVD · CENATORIVM · P · S · F ·
L · D · D · D ·

Iidem tamen judicii illud et sollertiae suae esse existiment, ut mores profanos et quidquid a religione nostra alienum est, sancte rejiciant; at formulas nihilominus, quae institutis hisce nostris non adversentur, scite ex antiquis legant. nam res, quae subest verbis, sola interdum ad superstitionem pertinet, verba ipsa ad res alias translata pura sunt, et cum venustate usurpantur. ecquis non ex hoc exemplo, quamquam profanum nobis est, multa facile ad Christiana sacra transferre possit (1)?

M · MACRIO · BASSO · L · RAGONIO
QVINTIANO · COS · K · IVNIS
CVMIS · IN · TEMPLO · DIVI · VESPA
SIANI · IN · ORDINE · DECVRIONVM
QVEM · M · MALLONIVS · FVNDAN
ET · Q · CLAVDIVS · ACILIANVS · PRAEF
COEGERANT · SCRIBVNDO · SORTE
DVCTI · ADFVERVNT · COELIVS · PAN
NYCHIVS · CVRTIVS · VOLIVOS · CONSIDI
VS · FELICIANVS · REFERENTIBVS · PR
DE . SACERDOTE · FACIENDO · MATRIS
DEAE · BAIANAE · IN · LOCVM · RESTITVTI
SACERDOTIS · DEFVNCTI · PLACVIT · VNI
VERSIS · LICINIVM · SECVNDVM
SACERDOTEM · FIERI
XV · S · F · PR
ET · MAGISTRATIBVS · CVMAN · SAL
CVM · EX · EPISTVLA · VESTRA · COGNOVE
RIMVS · CREASSE · VOS · SACERDOTEM
MATRIS · DEVM · LICINIVM · SECVNDVM
IN · LOCVM · CLAVDI · RESTITVTI · DEFVN
CTI · SECVNDVM · VOLVNTATEM · VESTRAM
PERMISIMVS · EI · OCCAVO · ET
CORONA · DVM · TAXAT · INTRA

(1) inv. prope Bajas an. 1785.

FINES · COLONIAE · VESTRAE · VTI
OPTAMVS · VOS · BENE · VALERE
PONTIVS · GAVIVS · MAXIMVS
PROMAGISTRO · SVBSCRIPSI · XVI · KAL ·
SEPTEMBRES · M · VMBRIO · PRIMO
TIT · COELIANO · COS

ille ipse *Occavus* sive *Occabus*, si de quibusdam aetatis nostrae equitibus sermo sit, locum habere nunc possit: erat enim Hesychio interprete armillarum genus brachium circumplicantium, cujus et in alia Inscriptione (1) mentio fit, quae posita erat Q · SAMMIO · SECVNDO · AB · XV · VIRIS · OCCABO · ET · CORONA · EXORNATO

Rursus ex hoc alio titulo, nominibus novis in veterum locum suppositis, pleraque omnia moribus hisce nostris aptentur (2):

M · TVCCIO · M · F · FAB · CERIALI
EXORNATO · EQ · PVB · A · SACRATISSI
MO · PRINCIPE · HADRIANO · AVG
PATRONO · MVNICIPI · IIII · VIR ·
AED · ITEM · AEDILI · BRVNDISI
M · TVCCIVS · AVGAZO
OPTIMO · AC · PIISSIMO · FILIO · OB · CVIVS
MEMORIAM · PROMISIT · MVNICIPIS · RVDIN ·
HS·LXXX·N·VT·EX·REDITV·EORVM·DIE·NATALIS
FILI·SVI·OMNIBVS·ANNIS·VISCERATIONIS
NOMINE·DIVIDATVR·DECVR·SING·HS·XX·N·
AVGVSTALIBVS·HS·XII·MERCVRIALIB·HS·X·N·
ITEM · POPVLO · VIRITIM · HS · VII · N ·
L · D · D · D ·

quod si nos quispiam reprehendat, et impudentiae accuset, qui excurrere immoderantius audeamus, eosque sermonis quasi flosculos carpere undique ac delibare, huic opponendi sunt, qui olim doctrinae apud nos laude floruere, et gravitate dicendi principes, religionisque adhuc magistri numerantur, Tertullianus in primis Cyprianusque, et Arnobius, Minucius, Lactantius; nam ii certe superstitione nondum deleta scripserunt, et multa tamen ex illis adytis et aliena possessione in libros suos derivarunt. atque illa quidem e castris et militia sunt, quum Tertullianus inter Auditorum *Tirocinia* depu-

(1) apud Murat. p. 333.

(2) Rudiae inv. inter Tarent. et Brund.

tatos vocat, qui doctrinae Christianae elementa addiscebant (1), vel quum Cyprianus de Celerino suo ait (2), *Hic inter Christi milites Antesignanus*. similia sunt *commentum a Deo datum* (3), *stipendia Ecclesiae* (4), *Acies adhuc geritur, et Agon quotidie celebratur* (5). alia vero a foro petita et judiciis et ludis: ut quum Tertullianus pios viros *Candidatos* Angelorum appellat (6), et Cyprianus de virgine scribit, *Quum integritatis candidata sit, et pudoris* (7): Arnobius vero, *Eluxit*, inquit, *atque apparuit Christus rei maximae nunciator, auspicium faustum portans et praeconium salutare credentibus* (8). ac rursum Tertullianus (9), *Dominicae hostiae quasi visceratione nos frui*. sed illa a delubris omnino et sacrificiis vanaque veterum superstitione desumpta: apud Minucium (10), *Litabilis hostia bonus animus et pura mens et sincera conscientia:* apud Tertullianum (11), *Sed rursus palos terminales figitis Deo:* itemque *Prima rudimenta potestatis suae, vocatus ad nuptias aqua auspicatur* (12). et apud Lactantium (13), *Optabilem principatum praeclaro initio auspicatus es*. vel quum Arnobius scripsit, *Exheredari a parentibus liberi* (malunt), *quam Fidem rumpere Christianam, et salutaris militiae sacramenta deponere* (14): aut Lactantius ait (15), *Qui profani sunt a sacramento veritatis*. mitto alia hujusmodi: addo potius quae Hieronymus ad Magnum oratorem urbis scripsit, quum ab eo culparetur, quod candorem Ecclesiae Ethnicorum sordibus pollueret (16): *Quid ergo*, inquit, *mirum, si et ego sapientiam saecularem propter eloquii vetustatem et membrorum pulcritudinem de ancilla atque captiva Israëlitidem facere cupio?* sed epistolam ipsam ejus totam perlegisse operae pretium erit.

Quod reliquum est, peccare quosdam vel magis aetate nostra jure contendes, quum in titulis res minutas ac leves persequuntur, idque unum laborare videntur, ne quid omnino praetermisisse arguantur. nam plusquam satis dictum recte existimaveris, quum ea paucis complexus fueris, quae quis splendide aut fortiter aut utiliter aut graviter fecerit aut perficiendum curaverit. quam apte illa et presse de Claudio Aug. et Druso patre indicantur (17):

(1) de poenit. c. 6.
(2) epist. 34.
(3) Cypr. epist. 34. et 52.
(4) idem epist. 38.
(5) idem epist. 13.
(6) Tertull. lib. de orat.
(7) lib. de habit. virg.
(8) lib. 1. adv. gent. c. 65.
(9) adv. Judaeos.
(10) in Octav. c. 32.
(11) de jejun. c. 11.
(12) lib. de baptism.
(13) Inst. lib. 1. c. 1.
(14) ibid. l. 2. c. 5.
(15) ibid. l. 2. c. 15.
(16) epist. 70.
(17) prostat inter Feltriam et Belunum in villa Caes.

TI · CLAVDIVS · DRVSI · F ·
CAESAR · AVG · GERMA
NICVS · PONTIFEX · MAXV
MVS · TRIBVNICIA · POTESTA
TE · VI · COS · IV · IMP · XI · P · P ·
CENSOR · VIAM · CLAVDIAM
AVGVSTAM · QVAM · DRVSVS
PATER · ALPIBVS · BELLO · PATE
FACTIS · DERIVAVIT · MVNIT · AB
ALTINO · VSQVE · AD · FLVMEN
DANVVIVM · M · P · CCC · L ·

quid vero grandius sonat, quam quod paucis verbis statuae Augusti subscriptum Romae est (1)?

SENATVS · POPVLVSQVE · ROMANVS
IMP · CAESARI · DIVI · IVLI · F · COS · QVINCT ·
COS · DESIGN · SEX · IMP · SEPT ·
REPVBLICA · CONSERVATA

nec caret dignitate titulus hic alter, quem et brevitas commendat (2):

IANO · PATRI
AVG · SACRVM
C · IVLIVS · C · F · SER ·
AETOR · AED ·
DONATVS · AB · TI · CAES ·
AVG · F · AVGVSTO · TORQ ·
MAIORE · BELLO · DELMA
TICO · OB · HONOREM
II · VIRATVS · CVM · LIBERIS
SVIS · POSVIT

sed praeclara illa Ostiensium Inscriptio, quae beneficia ab Hadriano Aug. accepta breviter perstringens, magnifice tamen ostentat (3):

(1) Grut. p. 226. 5.   (2) idem p. 96. 1.   (3) idem p. 249. 7.

IMP · CAESARI · DIVI
TRAIANI · PARTHICI · F ·
DIVI · NERVAE · NEPOTI
TRAIANO · HADRIANO
AVG · PONTIF · MAXIM ·
TRIB·POTEST·XVII·COS·III·P·P·
COLONIA · OSTIA
CONSERVATA · ET · AVCTA
OMNI · INDVLGENTIA · ET
LIBERALITATE · EIVS

narrationem tamen, si brevis et dilucida sit, Inscriptio quandoque non respuit: cujus rei exemplum hoc habeto (1):

DIVO · ANTONINO
PIO
C · EGNATIVS · FESTVS · AEDILIS · II · VIR
HVIC·CVM·PLEBS·VRBANA·LVDOS·PVBLIC·
EDENTI · AD · STATVAM · PONENDAM
PECVNIAM · OBTVLISSET · IS · HONORE
CONTENTVS · IMPENSAM · REMISIT
ET · IMPETRATA · VENIA · AB · ORDINE
PERVSINOR · OPTIMO · MAX · Q · PRINC ·
DE · SVA · PEC · POSVIT · CVIVS
OB · DEDICATIONEM · DARI · IVSSIT
AB · HEREDE · SVO · DECVRIONIB ·
SING · HS · IIII · N · PLEBI · HS · II · N ·
L · D · D · D ·

id vero in epitaphiis non raro usurpatum: in quibus et caput testamenti aliquod aut litterarum particula exhibetur interdum, vel comminatio additur, aut multae irrogatio: de quibus satis a me olim actum est.

Cetera, quae levia sunt, nec dignitatem habere videntur, ea fere vitarum et historiarum scriptoribus concedenda merito statuas. quin et tironibus cavendum bene praecipias, ne quid sibi excidat, quod semel jam significatum fuerit, vel ab eo, qui legit, suppleri facile possit, vel denique in ipso opere emineat. id enim antiquis curae fuisse

(1) Grut. p. 256. 10.

manifestum est, ne quid frustra additum videretur. sed quorsum haec tam multa? nonne jam rides, quod ista te pergam docere? irasci enim, ne inimico quidem soles. tu igitur pertexe, quae ego incohavi, meque ad meas curas remitte.

Quamquam, mi Andrea, aetate ad senium prope deflexa, animoque tot annorum aerumnis afflicto atque abjecto, quae jam mihi alacritas reliqua esse possit, ut urgere adhuc aliquid, et operam studiis dare nunc valeam? hostium quidem aliquando detonuit fragor, ipsaque ira Dei per tot regiones ad petendas poenas vagata, nullo relicto sonte quievit. sed quis eos interea nobis annos restituat, qui jam avolarunt? senuimus inter clades et arma: nec aliud profecto restat, quam ut reliquam vitam Deo uni, ad quem ituri sumus, toto animo impendamus. vale, o juventutis nostrae princeps, excellentique ingenio, quod in te jam elucet, doctrinae te dedas: quae tibi ad justitiam pietatemque colendam maximo adjumento futura est. me vero, ut potes, studio apud Deum tuo puraque prece commendatum habeto quam saepissime, quum sacrum facis.

ORDO

CAPITVM SINGVLORVM

CAPVT I.

INSCRIPTIONES SACRAE

§. I.

TITVLI DEI IMMORTALIS CAELITVMQVE SANCTORVM

I. (pro templo Vrbis)

VNIGENAE · DEO · SEMPITERNO
CVSTODI · ET · VINDICI · CATHOLICI · NOMINIS
QVOD · NVMINE · AVXILIOQVE · EIVS
ROMANA · POTESTAS · QVAE · ORBIS · SALVTI · DATA · EST
VOTIS · IMPIORVM · EVERSIS
PEREGRE · PROBATA · STETERIT · ENITVERIT
VRBANI · PROCERES
PIO · VII · PONTIFICE · MAXIMO
IN · HONORIS · SVI · SEDEM · RECEPTO
VOTVM · IMMORTALE
LIBENTES · MERITO · SACRAVERE



II. (ad ostia Tiberina)

SACRVM · DOMINO · NOSTRO
IESV · DEO
SOSPITATORI · GENERIS · HVMANI
PIVS · VI · PONT · MAX · ANNO · M · DCC · LXXXVII ·
IN · ADFLVENTIVM · CONVENARVM · COMMODA
AEDEM · VETVSTATE · DILAPSAM · OPERIBVS · AMPLIATIS · ET · PORTICV · ADIECTA
PER · FABRICIVM · RVFVM · V · C · PRAEF · AER · AB · INCOHATO · REFICIENDAM
CVRAVIT

III. (Claris ad Hypog. Basil. Faust.)

DEO · IESV · SERVATORI · GENERIS · HVMANI
CLARENSES
SIGNO · EIVS · EX · AEDE · MARIANA · TRANSLATO
HYPOGEVM · NOVO · CVLTV · EXORNATVM
V · EIDVS · NOV · ANNO · M · DCC · LXXXXII ·
DEDICAVERVNT

IIII. (Fani Fortunae)

SACROSANCTO · CORPORI
DEI · ET · DOMINI · NOSTRI
IESV · CHRISTI
SACR ·
AEDES · QVAM · VETVSTATE · CORRVPTAM
VIS · QVOQVE · TERRAEMOTVS · LABEFECERAT
TRECENTIS · SEPTVAGINTA · QVATVOR · POST · ANNIS
QVAM · PRIMVM · CONDITA · FVERAT
A · SOLO · RESTITVTA · DEDICATAQVE · EST
PIO · VI · PONTIFICE · MAXIMO
ANNO · M · DCC · LXXXIII ·
VTIQVE · DIVINVS · IBI · CVLTVS · IN · OMNES · HORAS
PERPETVVS · ESSET
COENOBIVM · ADSTRVCTVM · APERTVMQVE
DEVOTIS · VIRGINIBVS
CLARAE · MATRIS · LEGIFERAE
INSTANTIA
ALOISI · VALENTI · GONZAGAE · CARD ·
LEG · PROV · AEMIL ·
PATRONI · EARVM

V. (in agro Rom.)

INFANTI · DEO · SERVATORI · NOSTRO
ET · IOANNI · BAPTISTAE · PRAECVRSORI
IACOBVS · MATIVS · IN · FVNDO · SVO · DEDICAVIT
RAPHAEL · FILIVS · EIVS · SACRVM · PRIMVS · FECIT

VI. (in vico agri Florent.)

SACRVM
IMAGINI · AVGVSTAE
D · N · IESV · CHRISTI
QVAM · VICANI · MVGELLENSES
INDVLGENTIA
ANTONI · MARTINI · ARCHIEP ·
FLORENTIA
EX · CELLA · EQVIT · HIEROSOLYMAR ·
IN · PATRIAM · LAETI
TRANSTVLERVNT
ANNO · M · DCC · LXXXVI ·
PRAESIDIVM · SIBI
LIBERIS · POSTERISQVE

VII. (in agro Mediolan.)

SACRVM
PROVIDENTIAE · DIVINAE
KAROLVS · FRANC · F · ANGVISSOLA
VOTO · SVSCEPTO
QVOD · NVMINE · EIVS
MAGNIS · E · PERICVLIS · SOSPES
INNOCVAE · VITAE · TRANQVILLITATE
POTITVS · SIT

VIII. (in agro Spolet.)

SACRVM · GENETRICI · DEI
D · N · MARIAE · SIDERIBVS · RECEPTAE
CVM · PHILIPPO · ET · IACOBO
APOSTOLIS · TVTELARIBVS
PIVS · VI · PONT · MAX · AEDEM · CVRIAE · VETVSTATE · CORRVPTAM
ET · AQVARVM · TORRENTIVM · ADLVVIONIBVS · INFESTAM
QVAM · IDONEO · LOCO · EX · REDIVIVIS · RESTITVI · IVSSERAT
ANNO · M · DCC · LXXXVIIII ·
SVA · IMPENSA · PERFICIENDAM · CVRAVIT

VIIII. (Ferrariae)

MARIAE · KARMELITIDI
SACRVM
SODALES · EIVS · CELLAM · ANTE · ANNOS · CCC ·
AMPLISSIMO · PATRONATVS · IVRE
A · MAIORIBVS · DICATAM
ET · SACRARIO · DEINCEPS · ADSTRVCTO
CVLTVQVE · ADDITO · RESTITVTAM
QVVM · LOCI · DIGNITAS · VETVSTATE · MINVERETVR
ANNO · M · DCC · LXXXXIII ·
ALTARI · MARMOREO · CVM · SIGNIS · PRO · DVRATEO
EX · PIENTISSIMORVM · COLLEGARVM · COLLATIONE
INAEDIFICATO
PERFICIVNDAM · ET · SECTILIBVS · STERNENDAM
CVRAVERVNT

X. (Spoleti)

SACRVM
D · N · MARIAE · HOSPITAE
ET · FRANCISCO · SALESIO
PATRONIS · DOMVS · PIANCIANAE
PRAESTITIBVS · SALVTARIBVS
ALEXANDER
IOAN · BAPTISTAE · F · PIANCIANVS · COMES
AEDEM · A · PATRE · DESTINATAM
QVAM · CAELESTIBVS · ADDITVS
RVDEM · RELIQVERAT
CONDITORIS · PIENTISSIMI · DESIDERIO
MONITISQVE · OBSEQVVTVS
ANNO · M · DCC · LXXXX ·
IMPENSA · SVA · PERFECIT
ET · OMNI · CVLTV · EXORNATAM
DEDICAVIT

XI. (in agro Brix.)

MATRI · DEI
SACRVM
IOSEPHVS · ET · PAVLLVS · BARBOGLI
PATER · ET · FILIVS
ANNO · M · DCC · LXXXXVIII ·
IN · FVNDO · SVO · DEDICAVERVNT
PAVLLVS · SACERDOTIO · AVCTVS
OPERIBVS · IMPENSA · SVA · AMPLIATIS
ANNO · M · DCCC · II ·
EXORNAND · CVRAVIT

XII. (in agro Camert.)

OMNIPOTENTI · DEO
SACR ·
IN · HONOREM · MARIAE · VIRGINIS
DEI · GENETRICIS
ALEXANDER · BANDINIVS · COLLATERALIVS · MARCHIO
CVBIC · ORNAMENTAR · THERESIAE · ET · IOSEPHI · AVGG ·
ANNO · M · DCC · LXXXVIIII ·
AEDEM · IN · FVNDO · MAIORVM · ANTE · ANN · LXXX · CONDITAM
QVAE · NEGLIGENTIA · SVPERIORVM · TEMPORVM
DILAPSA · ERAT
SVA · IMPENSA · RESTITVTAM
NOVO · CVLTV · EXORNANDAM · CVRAVIT

XIII. (Claris in sacr. domest.)

SACRVM
CAELESTI · REGINAE · MARIAE · OPIFERAE
ET · STEPHANO · ARCHIMARTYRI · LAVRENTIO · MARTYRI
CVSTODIBVS · DOMVS

XIIII. (Romae)

VIRGINI · MAGNAE
MARIAE · PERDOLENTI
SACRVM
IOANNES · PATRITIVS · DE · MVNERE · EIVS
SOSPES · DEDICAVIT
QVOD · ANNO · M · DCCC · III · NON · APRILES
VIM · IGNIS · INNOCVAM
EXPERTVS
CAELESTEM · PATRONAM
CONTRA · AETERNI · IGNIS · INCENDIA
SIBI · PROPITIAM · POLLICETVR

XV. (Signiae in Latio)

SACRVM
D · N · MARIAE · EXORATAE
ET · DOMINICO · PATRI
LEGIFERO · CONFESSORI
DOMINICVS · NARDIVS · IN · FVNDO · SVO
CVM · AEDIBVS · PROXIMIS
FECIT · ET · DEDICAVIT

XVI. (Bononiae)

MARIAE · PERDOLENTI
SACRVM
RAPHAEL · GNVDIVS
AEDICVLAM · FECIT · ET · DEDICAVIT
ANTONIVS · RAPH · F ·
SOLO · AMPLIATO
ET · INSTRVMENTO · AVCTO
RESTITVIT

XVII· (Aufidae in fin· Ascul·)

SANCTAE · GENETRICI · DEI
MARIAE · VIRGINI · SIDERIBVS · RECEPTAE
SACRVM
IOAN · ANDREAS · ARCHETTIVS · CARD · EPISC · SABINOR ·
LEGATIONE · RVSSICA · APVD · CATHARINEN · AVG ·
PIO · VI · PONT · MAX · FVNCTVS
TEMPLOQ · CATHOLICOR · PETROPOL · RITE · DICATO
ET · ARCHIEP · PRIMITVS · MOHILOVIENSIB · CONSTITVTO
REDVX · ECCLESIAE · ASCVL · PICENTIVM
ADMINISTRATOR · DATVS
AEDEM · AB · COLLEGIO · CANONICOR · AVFIDANOR ·
ET · SODALIBVS · TRINITATIS · AVGVSTAE
PECVNIA · COLLATA
AB · INCOHATO · EXSTRVCTAM · ORNATAMQVE
XIII · KAL · MAIAS · AN · M · DCCC · I ·
SECVNDVM · ORDINIS · POPVLIQ · VNIVERSI · VOTA
SOLLEMNIBVS · CAEREMONIIS · CONSECRAVIT

XVIII· (Iovii in fin· Amerinor·)

SACRVM
MARIAE · SIDERIBVS · RECEPTAE
ET · IOANNI · PRAECVRSORI
IOSEPHVS · HIER · F · MATTEIVS · DVX · IOVIENSIVM
TEMPLVM · A · PATRE · SOLO · ADTRIBVTO
PECVNIAQVE · COLLATA · INCOHATVM
QVOD · EPP · AMERINOR · IOAN · BAPTISTAE · RENZOLI
PHILIPPI · CONSOLI · IN · PRIMIS · ET · THOMAE · STRVZZIERI
INSTANTIA
ATQVE · OPPIDANORVM · OPERA · ET · COLLATIONE
EDVCTVM · FVERAT
LEGITIMA · FVNDI · LEGATI · VERSVRA
ET · IMPENSA · SVA
ANNO · M · DCC · LXXV · PERFICIENDVM · CVRAVIT

XVIIII. (Claris)

HONORI
D · N · MARIAE · OPIFERAE
CVLTORES · EIVS · REST · CVR ·

XX. (in agro Foroliv.)

COSMVS · ASTENSIS · BRANDOLINIVS · COMES
PATRICIA · NOBILITATE
AEDEM · IN · FVNDO · SVO · QVAM · MAIORES
MAGNAE · MATRI · MARIAE
ET · NICOLAO · MYRENSI · SACRAVERVNT
ANNO · M · DCC · LXXXVIII ·
CAELESTI · PATRONO · PHILIPPO · NERIO
QVEM · TOTA · DOMVS · BRANDOLINIA
PROPITIVM · EXPERTA · MERITO · IN · PATRIA · COLVIT
IMAGINE · EIVS · DEDICATA
COMMVNEM · FECIT

XXI. (Meldulae)

SACRVM
VIRGINI · MARIAE · GENETRICI · DEI
ET · PIETATI
DEFVNCTORVM · ADMISSA · EXPIANTIVM
AEDES · QVAE · ET · CVRIA · QVVM · VETVSTATE · CORRVPTA · ESSET
MVNIFICENTIA · D · N · PII · VI · PONT · MAX · ERGA · MELDVLENSES
ET · EX · CONLATIONE · PLEBIS
IN · AMPLIOREM · FORMAM · A · SOLO · RESTITVTA
INTRA · VICENNIVM · EXORNATAQVE · EST
CVRA · INSTANTIAQVE · PHILIPPI · CAMPANELLI · IVDIC · SACR · COGNIT ·
VICE · SACRA · FVNGENTIS · SPLENDIDISS · ORDINIS · CANONIC · VATICAN ·
ANNO · M · DCC · LXXXVIII ·

XXII. (in finib. Brix.)

ALMAE · GENETRICI · DEI · MARIAE
SIDERIBVS · RECEPTAE
ET · CONSTANTIO · MARTYRI · SACRVM
CVRIA · PISONIANA · TEMPLVM · PVBLICAE · DIGNITATIS
ANNO · M · DCC · LXVIIII · INCOHATVM
INTRA · ANNVM · XXXXIII · PERFECIT · ET · DEDICAVIT

XXIII. (Claris)

SANCTAE · GENETRICI · DEI
MARIAE · EXORATAE
CAELESTI · PATRONAE · CIVITATIS
AEDEM · CVRIAE · VICARIAM
MAIORES · SACRAVERE
NEOCORI · MARIANI · AN · M · DCCC · XVI ·
PRONAON · PERFICIVNDVM · CVRAVERVNT

XXIIII. (Sublaquei)

PIVS · VI · PONTIFEX · MAXIMVS
QVO · PIETATIS · EIVS · STVDIIQVE · ERGA · SANCTISSIMVM
PETRI · GERMANVM · ANDREAM · APOSTOLVM
APVD · SVBLAQVEENSES · SVOS · MONVMENTVM · EXTARET
AEDEM · VETEREM · LOCI · ANGVSTIIS · INCOMMODAM
ET · VETVSTATE · SQVALLENTEM · AMOLITVS
TEMPLVM · GEMINVM · IMMENSA · ABSIDIS
SVBSTRVCTIONE · PROLATVM
ET · ALTARIBVS · EXTERNO · MARMORE · EXCVLTIS
SACRARIO · SVMMA · ORNAMENTORVM · COPIA · INSTRVCTO
AD · OPERIS · DIGNITATEM · PERFECTVM
ANNO · M · DCC · LXXXVIII ·
SVPRA · CIVITATIS · VOTA
PRAESENS · DEDICAVIT

XXV. (in agro Vrbin.)

D · N · MARIAE · SOSPITAE
SIDERIBVS · RECEPTAE
HORATIVS · KAR · F · ALBANVS
PRINCEPS · SORIANENSIVM
ADLECTVS · INTER · PRIMORES · S · I · R ·
LIBENS · MERITO · FECIT
QVOD · MARIANNA · CYBO · VXOR · EIVS · C · F ·
EX · DIVTINA · FEBRIVM · VEXATIONE
CONVALVISSET

XXVI. (Bassani in finib. Venet.)

DEO · AETERNO · SACRVM
IN · HONOREM · IOANNIS · BAPTISTAE · PATRONI · CAELESTIS
ORDO · ET · POPVLVS · BASSANENSIS
ANNO · M · DCC · LXXXVI ·
TEMPLVM · A · MAIORIBVS · DICATVM · QVOD · VETVSTATE · DILABERETVR
EX · S · C · STIPE · COLLATA · IN · NOVAM · FORMAM · A · SOLO · REFICIENDVM
ET · OPERE · CVLTVQVE · SPLENDIDIORE · EXORNANDVM
CVRAVERVNT

XXVII. (Valentani in Faliscis)

SACRVM · OMNIPOTENTI · DEO
IN · HONOREM
SANCTI · IOANNIS · APOSTOLI · EVANGELISTAE
CAELESTIS · PATRONI
ORDO · ET · POPVLVS · VALENTANVS
INSTANTIA · V · E · IOSEPHI · GARAMPI · CARD · EPISC · N ·
TEMPLVM · VETVSTATE · SQVALIDVM
ABSIDE · A · SOLO · RESTITVTA · EXPLICATVM
EX · COLLATIONE · OMNIVM · ORDINVM
ET · CVRA · IMPENSAQVE · IOSEPHI · AZZALONI · ARCHIPRESB ·
NOVO · CVLTV · EXORNANDVM · CVRAVIT

XXVIII. (Guiditiolis in fin. Mant.)

APOSTOLIS · PRAESTITIBVS · TVTELARIBVS
PETRO · ET · PAVLLO
SACRVM
GVIDITIOLENSES · ANNO · M · DCCC · IIII ·
TEMPLI · PRINCIPALIS · IVRIBVS · RECIPERATIS
ET · LEGITIMA · ARCHIPRESBYTERI · SVI · DIGNITATE
IN · PRISTINAM · LIBERTATEM · VINDICATA
QVEIS · ANNOS · CCC · DISCORDIA · MAIORVM
ET · TEMPORVM · NEGLIGENTIA · INTERCEPTIS · CARVERANT
ANIMIS · DIVINITVS · CONSOCIATIS · ERECTIS
LAETI · LIBENTES
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΑ · CELEBRAVERVNT

XXVIIII. (Mediolani in Basil. Ambros.)

SACRVM
VIRGINI · SANCTAE
MARCELLINAE · DEO · DEVOTAE
AMBROSI · MAGNI · SORORI
FRATERNAE · VIRTVTIS · AEMVLAE
GABRIVS · MARIA · NAVA · PONTIFEX · BRIXIANORVM
QVOD · IN · VOTIS · SVMMORVM · ANTISTITVM · FVERAT
PIA · CIVIVM · MVNIFICENTIA · SVFFRAGANTE
RELIQVIAS · VIRAGINIS · PRAESTANTISSIMAE
E · VETERI · TVMVLO · RITE · COLLECTAS
ANNIVERSARIO · DIE · XVI · KAL · AVG · AN · M · DCCC · XII ·
POMPA · PER · VRBEM · INSTITVTA
IN · TEMPLVM · AVGVSTVM · TRANSTVLIT
CVIVS · IPSE · SACRA · PRAEPOSITVS · ADMINISTRARAT
ATQVE · IN · CELLA · HONORI · EIVS · EXORNATA
ALTARI · DEDICATO · COLLOCAVIT

XXX· (in agro Veron·)

ZENONI
CAELESTI · PATRONO
CASTRI · COGNOMINIS · IN · FVNDO · MOCIANO
GENS · MINISCALCHIA
VICE · SACRA · DOMINANS
AEDEM · A · MAIORIBVS · AN · M · CCCC · XIIII · CONDITAM
QVVM · VETVSTATE · DILABERETVR
OPERIBVS · AMPLIATIS · REFECTAM
ET · NOVO · CVLTV · EXORNATAM
DEDICANTE
ANDREA · AVOGADRO
TANTI · PONTIFICIS · SVCCESSORE
LIBENS · MERITO
CONSECRAVIT
PR · NON · IVL · AN · M · DCC · LXXXXII ·
FESTO · ANNIVERSARIO · AD · DIEM · ALTERVM
DOMINICVM · MENSIS · OCTOBRIS
IN · FASTOS · RELATO

XXXI· (in finib· Brix·)

HONORI · CAELESTIS · PATRONI
ZENONIS
PONTIFICIS · VERONENSIVM · MARTYRIS · OPIFERI · SALVTARIS
ECCLESIA · SALENSIVM · MARAZINIANORVM
VETERI · FINITIMARVM · CVRIARVM · CONVENTV · PRINCEPS
AEDEM · AVGVSTAM · AB · AVSPICALI · LAPIDE · INCOHATAM · ANNO · M · DCC · XXXVII ·
FAVSTAQVE · MOLITIONE · INTRA · AN · M · DCC · LIIII · PERFECTAM
ET · OMNI · CVLTV · EXORNATAM
POST · INLATAS · CAELITVM · MAGNORVM · RELIQVIAS
ALEXANDRO · EPISC · MATHON · CONSECRANTE · DEDICAVIT

XXXII. (Brixiae ad Ioann.)

SACRVM
BEATISSIMIS · CAELITIBVS
QVORVM · RELIQVIAS · EX · AVCTORITATE
GEORGI · EPISC ·
V · R · FLORIANVS · CANALIVS · BRIXIENS ·
PRIMVS · IN · TEMPLVM · INTVLIT
EAS
CANONICI · LATERANENSES · AN · M · DC · XVIII ·
IN · CELLAM · CORPORVM · SANCTORVM
TRANSTVLERVNT
VTI · CVM · GAVDENTIO · THEOPHILOQVE · EPP ·
ET · SILVIA · VIRGINE · COLERENTVR
VINCENTIVS · MARIA · COVIVS · PRAEPOSITVS
ANNO · M · DCC · LXXXXV ·
TITVLOS · RESTITVIT
ET · SQVALORE · DETERSO · THECAS · ATQVE · ALTARE
NOVO · CVLTV · EXORNANDA · CVRAVIT

XXXIII. (Claris in Suburb.)

MARTYRIBVS · MAGNIS · SALVTARIBVS
SEBASTIANO · ET · FABIANO
CVRIA · ZEBETINA · DEDICAVIT

XXXIIII. (in vico agri Florent.)

MARGARITAE
VIRGINI · SANCTAE · MARTYRI · INVICTAE
SACRVM
IN · FVNDO · GANVCCIORVM
QVI · AEDEM · EXORNAVERVNT
ANNO · M · DCC · LXXXV ·

XXXV· (in finib· Ferrar·)

NVMINI · AETERNO
SACRVM
IN · HONOREM · ANTISTITVM · SANCTISSIMORVM
MARTINI · ET · SEVERI
ANTONIVS · BRVNELLIVS · ARCHIPRESBYTER · DOCTOR · THEOLOGVS
AD · INGENTIS · OPERIS · MOLITIONEM · INVICTO · ANIMO · ADGRESSVS
TEMPLVM · HONORIS · SVI · VETVSTATE · DILAPSVM
IMPENSA · SVA · ET · EX · DD · ALOISI · ET · CAMILLI · BEVILACQVIORVM
POPVLIQVE · CRISPINIENSIS · CONLATIONE
SOLO · QVAQVA · VERSVS · AMPLIATO · INTERCLVSOQVE
TVRRI · INAEDIFICATA · SACRARIO · CONDITO
CONCLAVIBVS · PATRVM · CANONICORVM · AEDIBVSQVE · FAMILIARICIS
AD · LATERA · EXTRVCTIS
INTRA · ANNVM · XXVIII · AB · INCOHATO · RESTITVTVM
CVLTV · SPLENDIDIORE · EXORNATVM · ET · OMNI · INSTRVMENTO · AVCTVM
DEDICAVIT
QVAE · OMNIA · PETRVS · COLLA · ARCHIPRESB ·
IN · PERENNEM · MEMORIAM · DECESSORIS · PIENTISSIMI
AN · M · DCCC · XII · POSTERITATI · TRADENDA · CENSVIT

XXXVI· (Mediolani)

KAROLO
CAELESTI · PATRONO
SACRVM
GIBERTVS · REN · F ·
BORROMEVS
SIGNVM · IN · CVRIA · DVCIS
SANCTISSIMO
MAIORVM · SVORVM
DICATVM
D · N · IOSEPHI · AVG ·
ADMONITV
IN · AREA · AVITAE · DOMVS
STATVENDVM · CVRAVIT

DEDIC ·
KAL · FEBR ·

ANNO
M · DCC · LXXXVII ·

XXXVII. (Ferrariae)

HONORI
SANCTI · NICOLAI
PRAESTITIS · SOSPITATORIS
IGNATIVS · FANANVS · ARCHIT ·
PRAEP · SODALIVM · EIVS
QVOD · ANNO · M · DCC · LXXXV · A · D · XII · KAL · IVN ·
DE · SVMMQ · AEDIS · PEGMATE · LAPSVS · IN · PRAECEPS
OPE · IMPLORATA
EXTREMVM · DISCRIMEN · PEDE · ALTERO · SVSPENSVS
EVASERIT
VOTVM · MERITO · SOLVENS
SVA · IMPENSA · FECIT

XXXVIII. (Ferrariae)

NICOLAO
SANCTO · INCOLAE · TOLENTINATI
SACRVM
ORDO · SODALIVM · NICOLAENSIVM
AEDEM · VETVSTATE · DILABENTEM
QVAM · ANNO · M · D · LXXVIII ·
IOANNES · MARIA · RIMINALDVS · EQVES
PATRONVS · DESIGNATVS
LAPIDE · AVSPICALI · IACTO · INCOHAVERAT
ANNO · M · DCC · LXXXVI ·
AVCTORE · ATQVE · ADIVTORE
IOANNE · MARIA · RIMINALDO · CARDINALI
PATRONATVM · AD · GENTILIS · SVI · EXEMPLVM
GERENTE
RESTITVENDAM · ET · CVLTV · SPLENDIDIORE
EXORNANDAM · CVRAVIT

XXXVIIII. (Palatioli)

SANCTAE · GENETRICI · DEI
D · N · MARIAE · OPIFERAE · RENIDENTI
SACRVM
VII · VIRI · REI · SVBSIDIARIAE · ADMINISTRANDAE
AEDEM · VETVSTI · TEMPORIS · ANTE · ANNOS · AMPLIVS · DVCENTOS
MAIORVM · CVRA · RESTITVTAM · EXCVLTAMQVE
SED · NVPERA · FACTIONE · IMPROBORVM · PRODIGIA · AVERSANTIVM
DEFORMATAM · ATQVE · EVERSAM
ANNO · M · DCCC · XIIII · BONIS · OMNIBVS · FAVSTO · FELICI
EX · PECVNIA · COLLATITIA
RVRSVM · AB · INCOHATO · EXSTRVENDAM · CVRAVERE

XXXX. (Bassani in finib. Venet. sub statua)

IOANNAE · MARIAE · BONOMIAE
CAELITI · BEATAE

DEDIC ·	NOVENSILI	ANNO
KAL · OCTOBR ·	CVLTOR · EIVS	M · DCC · LXXXIII ·

CIVIS · BASSANENSIS
SOSPITATRICI · PATRIAE

XXXXI. (Marini in Latio)

SACRVM
BARNABAE · APOSTOLO
CAELESTI · PATRONO · MARINENSIVM
AD · REQVIETEM · DEFVNCTORVM
IN · PACE · ☧
DVX · PHILIPPVS · LAVR · F · FABRICI · N · COLVMNA
COMES · STABILIS · MAGNVS · REGNI · NEAPOLIT ·
PIETATEM · MAIORVM · AEMVLATVS
MVNIFICENTIA · SVA · FACIENDVM · CVRAVIT
M · ANTONIVS · COLVMNA · PATRVVS · EIVS
CARD · VICE · SACRA · ANTISTES · VRBIS
DED · V · KAL · NOVEMBR · AN · M · DCC · LXXXIII

XXXXII. (in monte Albano)

HENRICVS · REGIS · IACOBI · F · DVX · EBORAC ·
CARD · TIT · DAMASO
PRAEP · A · DIPLOMATIS · PONT · MAX ·
EPISC · TVSCVLAN ·
TEMPLVM · A · MAIORIBVS
PRISCA · SVPERSTITIONE · SVBLATA
DICATVM
NVMINI · VNI · AETERNO
PATRI · FILIOQVE · ET · SPIRITVI · SANCTO
QVVM · NOVA · FORMA · REFECTVM
OMNI · CVLTV · EXORNASSET
VI · KAL · OCT · AN · M · DCC · LXXXIIII ·
SOLLEMNIBVS · CAEREMONIIS · CONSECRAVIT

XXXXIII. (Iovii in finib. Amerin.)

FRANCISCVS · ALEX · F · MATTEIVS
HIERON · DVCIS · IOVIENSIVM · FRATER
PATRIARCHA · ALEX ·
TEMPLVM · CVIVS · LAPIDEM · AVSPICALEM
ANNO · M · DCC · XXXXI ·
CANONICVS · LATERANENSIS · IECERAT
IDEM · PONTIFEX · SOLLEMNIBVS · CAEREMONIIS
ANTE · LVSTRATVM
ANNO · M · DCC · LXXV ·
EID · OCT · CONSENSV · EPISCOPI · AMERINI
RITE · CONSECRAVIT
ET · DEDICATIONI · QVOTANNIS · RECOLENDAE
DIEM · DOMINICVM · OCTOBRIS · TERTIVM
EDIXIT

XXXXIIII. (Veronae)

SANCTAE · GENETRICI · DEI
D · N · MARIAE · SALVTIFERAE
QVOD · PRO · LAVINIA · ALEX · F · MONTANARIA
VXSORE · HIER · POMPEI · COM ·
MATRONA · LECTISSIMA
FEBRIS · ARDORIBVS · ADSIDVIS · LABORANTE
IN · QVA · DOMVS · TOTA · METV · ABIECTA
PERICLITABATVR
PRAESENTEM · OPEM · EXORATA · CONTVLERIT
MOEROREMQVE · OMNIVM · ET · SQVALOREM
VALETVDINE · RESTITVTA · DETERSERIT
M · ANTONIVS · MINISCALCVS
EGREGIAE · FAMILIAE · STVDIOSISSIMVS
VOTVM · SOLVIT · LIBENS · MERITO

(Claris in sub.)

XXXXV.

MICHAELI
PRINCIPI · ANGELORVM
INVICTO · MAXIMO
CATHARINE · IOAN · ZANETTI · F ·
KATAPANIA
CELLAM · AVGVSTAM
PRIMA · DEDICARI · IVSSIT
CVLTORES
CAELESTIS · PATRONI
AERE · CONLATO
PERFICIVNDAM · CVRAVERE
ANNO · M · DCCC · XIIII ·
FAVSTO · FELICI

XXXXVI.

MACTE
O · DAEMONVM · POTENS
MACTE · O · DVCTOR · ALME
DECEDENTIVM
TVAM · QVICVMQVE · SVPPLICES
HEIC · OPEM · IMPLORAVERINT
TV · MICHAEL · SANCTE
EXORATVS · AVDI
AVDI · ET · MAGIS · POSTVLANTES
VTI · VITAE · IN · EXITV
TE · QVI · TVTOR · ES · FIDELIS
PRAESENTEM · SIBI · SENTIANT
ET · PROPITIVM

XXXXVII. (Brixiae)

SACRVM
CHRISTOPHORO · MEGALOMARTYRI
IN · OMNE · AEVVM
VTI · VOLENS · PROPITIVS · SIET
CVLTORIBVS · EIVS
VICINIAEQVE · VNIVERSAE

XXXXVIII. (in finib. Brix.)

MARIAE · PVERPERAE · PERLITANTI
SACRVM
AB · AVIS · ET · MAIORIBVS
CVRIA · VNIVERSA · AEDEM · INCVRIA · TEMPORVM
NEGLECTAM · ET · VETVSTATE · DILAPSAM
PAVPERVM · OPERIS · LOCVPLETVMQVE · IMPENSA
AB · ANNO · M · DCCC · V · RESTITVTAM
INTRA · DECENNIVM
OMNI · CVLTV · EXORNANDAM · CVRAVIT

XXXXVIIII. (Claris ad aedem Aloisian.)

SACRVM
ALOISIO · CAELESTI · PATRONO
STVDIOSAE · IVVENTVTIS

§. II.

MONVMENTA SACRORVM

L. (in finib. Brix.)

HONORI
PETRI · ET · PAVLLI
MAGNORVM · APOSTOLORVM
IOANNES · NANIVS · PONT · BRIXIAN ·
SPATIO · TEMPLI · DESIGNATO
LAPIDEM · AVSPICALEM
STATVIT
XVI · KAL · IVNIAS
ANNO · M · DCC · LXXXXII ·
PIO · VI · PONTIFICE · MAXIMO
LVDOVICO · MANINO · DVCE · N · SERENISS ·
ANGELO · REGOSA · ARCHIPRESB ·
PAVLLA · AVOGADRO · NATA
FENAROLIA · COMITE
PER · HIERONYMVM · ET · ALOISIVM
FILIOS
VIROS · CLARISSIMOS
OPERIS · MOLITIONEM
IVVANTE · VRGENTE

LI. (in agro Mediol.)

ANNO · M · DCC · LXXXX ·
EX · AVCTORITATE
CONSILI · AVGVSTI · MEDIOLANENSIVM
AEDES · CVRIAE · OB · LOCI · ANGVSTIAM · ET · VETVSTATEM
STATIS · CONVENTIBVS · INOPPORTVNA
SOLO · A · IOSEPHO · CANDIANO · COMITE
ET · AB · ADDENSIBVS · MARCHIONIBVS · ADTRIBVTO
IN · AMPLIOREM · FORMAM
PER · MARCVM · TOSIVM · PRAEPOSITVM · CASIRATENSIVM
AB · INCOHATO · RESTITVTA
HENRICO · PESENTIO · ARCHITECTO

LII. (Tibure in templo max.)

VINCENTIO · MANNIO
PONTIFICE · TIBVRTIVM
IOSEPHVS · BVLGARINIVS
MAGISTER · SODALIVM
D · N · IESV · SERVATORIS
CELLAM · SACRAMENTI · AVGVSTI
GRATVITAE · PIETATIS · ERGO
LORICA · MARMOREA · PROTEGENDAM · CVRAVIT

LIII. (Calliae in Vmbria)

DEO · AVSPICE · TANTORVM · OPERVM
AEDES · QVAM · VIS · TERRAEMOTVS · ANNO · M · DCC · LXXXI · III · NON · IVN ·
THOLI · RVINA · PROSTRATAM · ET · HOMINVM · LXXV · CLADE · FVNESTAM
RELIQVERAT
LIBERALITATE · D · N · PII · VI · PONT · MAX · RESTITVI · COEPTA
INSTANTIA · LVDOV · AVGVSTINI . BERTOTII · PONT · CALLIENSIVM
INTRA · ANNVM · NONVM · ABSOLVTA · ORNATAQVE · EST

LIIII. (Serravalle in finib. Nucer.)

PIVS · VI · PONT · MAX ·
AEDEM · CVRIAE · CASTRO · VETERI · ADSITAM
QVAE · ANNO · M · DCC · LXXXV ·
VI · TERRAEMOTVS · CONCIDERAT
ROGATV · LAVRENTI · MASSAIOLI · EPISC · NVCER ·
INTER · CONTINENTES · DOMOS
PER · ANGELVM · MARSILIVM · SODAL · PHILIPPIAN ·
A · SOLO · SVA · IMPENSA · REFECIT

LV· (Soriani)

HONORI
NICOLAI · MAGNI · CAELESTIS · PATRONI
ORDO · ET · POPVLVS · SORIANENSIS · ANNO · M · DCC · LXXXVIIII ·
CVRA · CONSILIOQVE · HORATII · ALBANI · PRINCIPIS
A · SOLO · SVA · IMPENSA · FECIT

LVI· (in Sabinis)

MARIAE · AVGVSTAE
VIRGINI · GENETRICI · DEI
ET · SANCTO · ROCHO
DEPVLSORI · PESTILITATIS
SODALES · VEXILLARII
ANNO · M · DCC · LXXXVI ·
MAGISTERIO
HONVPHRII · PESCETELLI · CVRAT ·
AEDEM · ANGVSTO · LOCO · SVBSIDENTEM
AMPLIATO · SOLO
SVA · IMPENSA · RESTITVENDAM
ET · OMNI · CVLTV · EXORNANDAM
CVRAVERVNT

LVII· (in agro Ariminensi)

SANCTO · MARTINO · PONT · TVRON ·
CAELESTI · PATRONO · SACRVM
EX · AVCTORITATE · VINCENTI · FERRETTI · PONT · ARIMIN ·
ALOISIVS · MARIA · DIOTALLEVIVS · BVONADRADA · ABBAS · OLIVET ·
ANNO · M · DCC · LXXXVII ·
AEDEM · ET · CVRIAM · SKOLCANAM · PAGO · ARCIONE
QVAE · MONTIS · LABE · MOTVQVE · TERRAE · DILAPSAE · ERANT
LOCO · GRATVITO · ACCEPTO · IN · FVNDO · ALMIERIANO
IMPENSA · SVA · ET · CONLATIONE · GENTIS · MATTIOLIAE
PER · MAVRVM · SIMBENIVM · MONACH · OECONOMVM
OPERIBVS · IN · ACCOLARVM · COMMODA · AMPLIATIS
A · SOLO · REFECIT

LVIII. (in agro Bergom.)

PRIMO · ET · FELICIANO
MARTYRIBVS · MAGNIS · SALVTARIBVS
NICOLAVS · ALESSANDRIVS
CVM · SVARDIA · CONIVGE
ANNO · M · DCCC · III ·
AEDEM · A · MAIORIBVS · DICATAM
NOVO · CVLTV · RESTITVENDAM · CVRAVIT

LVIIII. (Vrbini)

HONORI · D · N · MARIAE · SIDERIBVS · RECEPTAE
ET · CRESCENTINI · MART · CAELESTIS · PATRONI
TEMPLO · A · MAIORIBVS · DICATO
PRONAON · ADDITVM · PIO · VI · PONTIFICE · MAXIMO
INSTANTIA · DOMINICI · MONTI
ET · SPIRIDIONIS · BERIOLI · ARCHIEPP ·

LX. (Romae)

MEMORIAE · ET · HONORI
ALOISI · GONZAGAE · CAELESTIS · PATRONI
CVLTORES · EIVS · ANNO · M · DCC · LXXXX ·
HOSPITA · SANCTVARIA · EXORNAVERVNT

INDVLGENTIA · CLEMENTIS · XIII · P · M ·
RITE SVPPLICANTI
ADMISSORVM · POENAM · OMNEM
EXPIARE · DATVM · EST

LXI. (Interamnae Nahart.)

EX · DECRETO · ORDINIS
ET · COLLATIONE · POPVLI
IMAGINES · VETERES · PONTIFICVM · ET · CIVIVM
QVORVM · LABORIBVS · ET · SANGVINE
RES · CHRISTIANA · INTERAMNATIVM
CONSTITVTA · AVCTAVE · EST
QVVM · VETVSTATE · DILABERENTVR
IN · PRISTINAM · FORMAM · RESTITVTAE
ET · TEMPLVM
AB · INCOHATO · CONSTRATVM
ANNO · M · DCC · LXXXII ·

LXII. (in monte Albano)

HENRICVS · REGIS · IACOBI · F · DVX · EBORAC ·
CARD · TIT · DAMASO
PRAEP · A · DIPLOMATIS · PONT · MAX ·
EPISC · TVSCVLAN ·
ANNO · M · DCC · LXXXIII ·
SODALIBVS · A · PASSIONE · IESV
IVGVM · ALBANI · MONTIS
INCOLENTIBVS
IN · VETERIS · BENEVOLENTIAE · PIGNVS
TEMPLVM · VETVSTATE · DILAPSVM
MVNIFICENTIA · SVA
A · SOLO · RESTITVENDVM · CVRAVIT

LXIII. (Neapoli)

IOSEPHVS · MARIA · CAPICIVS · ZVRLO · CARD · S · ECCL · ROM ·
ARCHIEPISCOPVS · NEAPOLITANVS
PRONAON · A · MAIORIBVS · ANTE · ANNOS · CCCLXXXI · INCOHATVM
FASTIGIO · ET · GRADATIONE · ADIECTA
QVAEQVE · VETVSTAS · LABEFECERAT · ORNAMENTIS
AD · OPERIS · EXEMPLAR · RESTITVTIS
ANNO · M · DCC · LXXXVIII · PERFICIENDVM · CVRAVIT

LXIIII. (Tolentini)

D · N · PIVS · VI · PONT · MAX ·
OB · INDVLGENTIAM · EIVS · ERGA · TOLENTINATES
ANNO · M · DCC · LXXXIII ·
AEDEM · VETEREM · AVGVSTAM
SANCTO · INCOLAE · NICOLAO
CAELESTI · PATRONO · DICATAM
QVAM · GERMANICO · ANNI · PROXIMI · ITINERE
BIS · SVPPLEX · IN · TRANSGRESSV · INVISERAT
RELIGIONIS · MAIESTATISQVE · AVGENDAE · CAVSSA
BASILICAE · NOMINE · ET · IVRE · DONAVIT
ITEM · DEDIT · VTI · IN · HONOREM · EIVSDEM
SACERDOTI · SIVE · CIVI · SIVE · ADVENAE
VOTIVO · CASTV · FACERE · QVOTIDIE · LICEAT



LXV. (Castrobonon.)

EX · AVCTORITATE · ET · INDVLGENTIA
IOAN · KAROLI · BANDI · CARD ·
PONT · FOROCORNEL ·
TEMPLVM · QVOD · VIS · TERRAEMOTVS
ANNO · M · DCC · LXXX · PROSTRAVERAT
INTRA · QVINQVENNIVM · ABSOLVTVM · EST
SVMPTIBVS · QVINQVE · SODALITATVM
ET · COLLATIONE · ARCHIPRESBYTERI



LXVI. (ibidem)

GREGORIVS · SCIP · F · CLARAMONTIVS · CARD ·
PONT · FOROCORNEL ·
TEMPLVM · A · SOLO · RESTITVTVM
ET · ITERVM
PETRONIO · CAELESTI · PATRONO
DICATVM
ANNO · M · DCC · LXXXVII · XVII · KAL · MAIAS
SOLLEMNIBVS · CAEREMONIIS
CONSECRAVIT

LXVII. (Claris in templo max.)

XVII · KAL · APR · AN · M · D ·
PAVLLO · ZANE · PONTIFICE ·
BASILICA · FAVSTINIANA · CONSECRATA · DEDICATAQ · EST
PER · LEONEM · EPISC · SISCIENS · VIC · POT ·
XX · POST · ANNIS
QVAM · FAVSTINVS · BOSETTVS · PRAEP ·
LAPIDEM · AVSPICALEM · RITE · STATVERAT

LXVIII. (ibid. e regione)

SACRIS · SOLLEMNIBVS
DEDICATAE · BASILICAE · N ·
ANNIVERSARIO · CASTV · OBEVNDIS
DIEM · PRIMITVS · DICTVM · NONAS · FEBRVARIAS
MAIORES · TRADIDERE
EASDEM
NEPOTES · SANCTE · SERVAMVS ·

LXVIIII. (Ancone)

IOANNES · PETRVS · NEMBRINVS
SENIOR
ANNO · M · DC · LXV ·
TEMPLVM · SANCTI · NICOLAI · MAGNI
CVI · PRIMVM · RESTITVENDO · ORNANDOQVE
SVMPTVS · SVFFECERAT
IDEM · QVO · SACRORVM · MAIESTATI · AVGVSTIVS · PATERET
AEDIBVS · IN · VICINIA · EMPTIS
ATQVE · SOLO · AMPLIATO · PROLATVM
CELLA · ET · ABSIDE · FAMILIAE · HYPOGEO · IMPOSITIS
ALTARI · DVRATEI · OPERIS · INAEDIFICATO
TABVLA · MARATTAEA
DEDICATA
LAQVEARIBVS · PICTVRA · VARIATIS
SVA · IMPENSA · PERFECIT

LXX. (Soriani)

HORATIVS · ALBANVS
MARIANNA · CYBO
PRINCIPES
ANNO · $\overline{M}$ · $\overline{DCC}$ · $\overline{LXXXX}$ ·
ALTARE · MARMOREVM
IMPENSA · SVA · AMBO · FECERVNT
ET · ALTER · CHRISTI · CRVCIFIXI
ALTERA · S · ANNAE · IMAGINEM · DEDERE

LXXI. (Iguvii)

INDVLGENTIA
D · N · PII · $\overline{VI}$ · PONT · MAX
CONSENSVQVE
OCTAVI · ANGELELLI · EPISC · N ·
AEDES · CVM · INSTRVMENTO · OMNI
SODALIBVS · COLLEGIATIS
SANCTISSIMI · CORDIS · IESV
ADTRIBVTA · EST
ANNO · $\overline{M}$ · $\overline{DCC}$ · $\overline{LXXXVI}$ ·

LXXII. (in agro Cremon.)

HONORI
IOANNIS · BAPTISTAE
CAELESTIS · PATRONI
IOAN · FRANCISCVS · MARTINENGVS · A · BARCO
AEDE · LVMINIBVS · IMMISSIS · EXCVLTA
CANALIBVS · SVGGRVNDAE · QVAQVAVERSVS · ADDITIS
CRVCE · IN · TVRRI · ET · FASTIGIO · DICATA
SYMBOLVM · PROMVLGATI · SERVATORIS
IMPOSVIT

LXXIII· (Ancone)

KYRIACVS · NEMBRINVS · PRESB ·
ANNO · M · DCC · LXXXII ·
ADMONITV · IOANN · PETRI · IVNIORIS
FRATRIS · OPTIMI · ET · PIENTISSIMI
AVITVM · ALTARE · CVM · OMNI · CVLTV
ET · VETVS · LORICAE · SEPTVM
E · MARMORE · FACIENDA · CVRAVIT
IMPENSIS · IN · OPVS · SCVTAT · AMPLIVS · MM · N ·
IDEMQVE · SODALIBVS · PHILIPPIANIS
AD · SACRVM · QVOTIDIANVM
ET · IN · TVITIONEM · CELLAE
RVRSVM · SCVTAT · MM · N ·
EA · LEGE · DEDIT
NE · QVID · IN · POSTERVM · EX · EA
VENDERE · ALIENARE
NEVE · EXTERNVM · QVEMQVAM · IN · FAMILIAE
MONVMENTVM · INFERRE
LICEAT

LXXIIII· (in vico agri Florent·)

ANNO · M · DCC · XXXXII ·
FVNDVS · STROZZIANVS · QVI · EST · IN · AGRO · CASEROTTA · QVAEQVE · IN · EO FVNDO · ERANT · SVB · HASTA · VENDITA · IN · GANVCCIORVM · MANCIPIVM · CESSERE
ANNO · M · DCC · LXXXV ·
PHILIPPVS · HYAC · F · GANVCCIVS · CAN · METROP · AEDEM · QVAE · EST · IN PATRONATV · FAMILIAE · SVAE · ABSIDE · SPECVLA · PAVIMENTO · SACRARIO PRONAO · REFECTIS · RESTITVIT · IDEM · PICTVRA · ET · TYPIS · GYPSEIS · ORNAVIT ORGANO · MVSICO · ET · SACRA · SVPELLECTILI · INSTRVXIT
ANNO · EODEM · X · KAL · NOV ·
AEDES · DEDICATA · ACTIS · SOLLEMNIBVS · ALOISI · GONZAGAE · PATRONI CAELESTIS · FREQVENTI · CONVENTV · SVMMA · LAETITIA · ANDREAS · CORSINVS CARD · EPISC · SABIN · SACRVM · FECIT

LXXV. (Romae)

AB · ANNO · M · DCC · LXXVI ·
MVNIFICENTIA
FRANC · XAVERI · ZELADAE
PRESB · CARDINALIS · TITVLO · MARTINIANO
PAVIMENTVM · TEMPLI · QVAQVA · VERSVS · SECTILIBVS · STRATVM
SACRARIVM · ALTARI · INAEDIFICATO · AREAQVE · RENOVATA · EXCVLTVM · ARMARIIS
ET · SVPELLECTILI · SACRA · DITATVM
ADITVS · E · SACRARIO · AD · SVMMVM · TEMPLI · SVBSELLIARIVM · APERTVS
HORTI · IN · PROXIMO · ADVERSVS · NEQVITIAM · MACERIA · CLAVSI
SEMITA · AD · TEMPLI · LATVS · SOLO · PROFANO · COMMEANTIBVS · PATEFACTA
MAGISTERIO
ALOISII · CARLINI · KARMELITAE
CVRIONIS



LXXVI. (Spoleti)

AVCTORE · ATQVE · ADIVTORE
D · N · PIO · VI · PONT · MAX ·
TEMPLI · EXORNATIO
INCOHATA
ANNO · M · DCC · LXXXVI ·

LXXVII.

INSTANTIA
FRANCISCI · LOCATELLI · EPISC ·
CELLAE · ET · ALTARIA
EXTERNO · MARMORE
EXCVLTA

LXXVIII.

EX · DECRETO
SPLENDIDISSIMI · ORDINIS
SACRARIVM · CAELESTI · PATRONO
PONTIANO · MARTYRI
PECVNIA · PVBLICA · CONSTITVTVM

LXXVIIII.

SVMPTVS
IN · ABSOLVTIONEM · OPERVM
IVSSV · CONSENSVQVE
ORDINIS · CANONICORVM
EX · ARCA · MARIANA · SVPPEDITATI



LXXX. (Romae)

EFFIGIEM · HANC · TOTA · DOMVS · GAVOTTIA · CARAM · HABET · HABEBITQVE
PERPETVO · QVOD · EA · IPSA · EST · QVAM · SANCTVS · ADOLESCENS · ALOISIVS
GONZAGA · INDVIT · XIIII · KAL · SEPT · ANNO · M · DCC · LXXXV · QVO · DIE
MVLTA · LVCE · CORVSCANS · HIERONYMVM · ALEXANDRI · F · ANNVM · AGENTEM
XV · AFFATVS · EST · ET · GRAVI · AC · MVLTIPLICI · MORBO · AEGROTANTEM
SVBITA · SANATIONE · VALETVDINI · RESTITVIT

LXXXI. (Aesii)

INDVLGENTIA · PII · $\overline{\text{VI}}$ · PONT · MAX ·
HAEC · AEDIS · PIANETTIANAE · AB · ANNO · $\overline{\text{M}}$ · $\overline{\text{DCC}}$ · $\overline{\text{LXXXV}}$ · QVO · RESTITVTA
EST · PRIVILEGIA · IVRAQVE · SVNTO · EAQVE · POSTERI · PERPETVO · TVENTOR
SACRAMENTVM · AVGVSTVM · QVOTIDIE · SERVATOR · IDEM · POPVLO · SVPPLICATIONIS
CAVSSA · PROPONITOR
SACERDOTI · HORA · ETIAM · QVAE · PROXIME · AVRORAM · PRAECEDIT · QVAEVE
MERIDIEM · SVBSEQVITVR · SACRVM · PERAGERE · FAS · ESTO
IN · ALTARI · MAXIMO · QVI · PRO · DEFVNCTIS · QVIBVSQ · IN · SINGVLIS · ALTARIBVS
QVI · PRO · MANIBVS · DOMVS · PIANETTIAE · FECERIT · PRIMA · HOSTIA · PERLITATO
STATIS · SOLLEMNIBVS · QVICVMQVE · AEDEM · RELIGIONIS · ERGO · CELEBRAVERINT
SACRIS · RITE · OPERATI · ADMISSORVM · POENAM · OMNEM · EXPIANTO
AEDEM · CVM · PRECATIONE · OBEVNTIBVS · ET · D · N · IESV · SVPREMOS · CRVCIATVS
PER · STATIONES · RECOLENTIBVS · VENIAM · SIBI · IMPETRANDI · QVAE · VSQVAM
ALIBI · FACTA · COPIA · SIT · IBIDEM · SINGVLIS · ESTO

LXXXII. (Romae)

$\overline{\text{IIII}}$ · NONAS · APRILES
NATALI · FRANCISCI · PATRIS
D · N · PIVS · $\overline{\text{VI}}$ · PONT · MAX ·
SOLLEMNIBVS · SACRARI · SVI · POSTHABITIS
IN · TEMPLO · FACTVRVS · ADFVIT
ET · AVCTOR · OPTATISSIMI · NVNCII
PRAESENS · EDIXIT
VIRO · VENERABILI
NICOLAO · LONGOBARDIO
INCOLAE · DOMVS · ET · SODALI · VETERI
BEATORVM · CAELITVM · HONORES
DECRETOS · ESSE
ANNO · $\overline{\text{M}}$ · $\overline{\text{DCC}}$ · $\overline{\text{LXXXVI}}$ ·
MAGISTERIO
BRVNONIS · CVZZOLINI · CONSENTIA
SVMMI · CORRECTORIS · ORD · N ·

LXXXIII· (in agro Archangel·)

DOMINICVS · BLASI · F · GVIDIVS
SACRARIVM · IN · FVNDO · SVO
FECIT
INDE · OSTIVM
CONSENSV · PONT · MAX · ET · EPISC · ARIMIN ·
IN · DOMVM · PATET

LXXXIIII· (in agro Mutin·)

MANIBVS · PIORVM · IVVANDIS
QVOS · ANNO · M · DCC · LXXXVII · VIS · PVBLICAE · CALAMITATIS
OPPRESSIT
SACRVM · ANNIVERSARIVM · VI · NON · OCT ·
QVOTANNIS · FIERI
VICANI · GRVPPENSES · COMMVNI · CONSENSV
DECREVERVNT

LXXXV· (Bassani)

XV · KAL · OCT · AN · M · DCCC ·
CVRA · INSTANTIAQVE
IOAN · BAPTISTAE · REMONDINI · MAG · SODALIT ·
DATVM · DECRETVMQVE
AB · ARCHIPRESBYTERO · V · E ·
PATRIBVSQVE · CANONICIS · VATICANIS
VTI · SODALES · PETRIANI
IN · QVORVM · TVTELA · ALTARE · EST
IN · BASILICAE · VATICANAE · CENSV
HABEANTVR
EOQVE · NOMINE · ADTRIBVTVM · SINGVLIS
VTI · RITE · APOSTOLO · SVPPLICANTIBVS
AD · LABES · ANIMI · EXPIANDAS
PRIVILEGIVM · QVIRITIVM
IVSQVE · OMNE · PERPETVO · SIT

LXXXVI. (in agro Cremon.)

EX · AVCTORITATE
PII · VI · PONT · MAX ·
QVI · SACRVM · IN · AEDE · IOANNIS · BAPTISTAE · FECERIT
MANIBVS · EXPIANDIS
SIVE · DOMINI · IPSIVS · SIVE · CONSANGVINEI
AFFINISVE · EIVS
IS · VBICVMQVE · VENIAE · DEFVNCTO · IMPETRANDAE
PERLITATO

LXXXVII. (in finib. Brix.)

INDVLGENTIA
GABRI · MARIAE · NAVAE · PONTIFICIS · NOSTRI
AEDI · IOANNIANAE · VILLANOVENSIVM
ANNO · M · DCCC · VIII ·
DATVM · ADTRIBVTVMQVE · EST
VTI · CVRIAE · MONTICELLIANAE · IN · SVBSIDIVM · PERPETVO · ADDICTA · SIET SACRAMENTIQVE · AVGVSTI · QVOTIDIE · ADSERVANDI · IBIDEMQVE · PER SINGVLOS · MENSES · ADORANDI · CAVSSA · QVO · DIE · COETVS · SACER · IN VICINIA · NVLLVS · FVERIT · E · SVBLIMI · THRONO · PROPONENDI · IVRE · IN POSTERVM · POTIATVR
VTIQVE · TRIBVNAL · ADMISSIS · EXPIANDIS · IN · EA · PROSTET · RITEQVE DESIGNATVS · SACERDOS · SACRIS · OPERETVR · ET · PVEROS · STATIS · DIEBVS AD · RELIGIONEM · IPSVM · POPVLVM · AD · PIETATEM · ERVDIAT

LXXXVIII. (Ferrariae)

DVCTV · AVSPICIOQVE
PARENTIS · PVBLICI
ALEXANDRI · MATTEI · CARD · ARCHIEP · N ·
CELLA · MARIAE · KARMELITIDIS
SECVNDVM · VOTA · PIENTISSIMORVM · SODALIVM · EIVS
RITV · SOLLEMNI
LVSTRATA · CONSECRATAQVE · EST
ANNO · M · DCC · LXXXXIII · KAL · SEPT ·
SVPPLICATIONE · IN · TRIDVVM · INDICTA

LXXXVIIII. (Claris)

XII · KAL · FEBR · AN · M · DCC · LXXXXVI ·
RELIQVIAE · D · N · AGAPES
QVAE · ROMA · RECEPTAE
POMPA · PRIDIE · EX · AEDE · ROCHIANA
IN · TEMPLVM · MAXIMVM · DVCTA
IOANNE · NANIO · EPISCOPO · N · PROSEQVENTE
ET · PRAEPOSITO · N · PATRIBVSQ · CANONICIS · SVCCOLLANTIBVS
RITE · TRANSLATAE · FVERANT
ACTIS · IN · VESPERAM · SOLLEMNIBVS · SVB · ALTARI · CONDITAE · SVNT
LAPIS · IPSE · CVM · INSCRIPTIONE
QVI · LOCVLVM · MARTYRIS · IN · HYPOGEO · CALLISTI · PROTEXERAT
MVRO · INFRA · INCLVSVS · EST

LXXXX. (ibid.)

V · EID · SEPT · AN · M · DCC · LXXXXV ·
INDVLGENTIA · PII · VI · PONT · MAX ·
CVIVS · AVCTORITATE
SANCTVM · MARTYRIS · CORPVS · OBVENERAT
DATVM · QVOQVE · CLARENSIBVS · ADTRIBVTVMQVE · EST
VTI · XVII · KAL · SEPT · QVO · DIE · AGAPE · BEATISSIMA
POST · AGONEM · SVVM · ROMAE · QVIEVIT
SOLLEMNIA · QVOTANNIS
HONORI · EIVS · RITE · INSTAVRENTVR
VTIQVE · EODEM · DIE · QVOTQVOT · POENITENTIA · EXPIATI
SEPVLCRVM · CAELESTIS · PATRONAE · ADIERINT
ET · SANCTA · DE · ALTARI · LIBAVERINT
ADMISSORVM · POENA · OMNI · POST · SVPPLICATIONEM
ABSOLVTI · DISCEDANT

LXXXXI. (Perusiae sub imagin.)

BENEDICTVS · XIIII · PONT · MAX ·
CVIVS · IVSSV · DIES · FESTVS · ANNIVERSARIVS
CONSTANTII · MARTYR ·
PONTIFICIS · N · CAELESTIS · PATRONI
AB · ANNO · M · DCC · LIII ·
INTER · MAXIMOS · ET · AVSPICATISSIMOS
BELLICORVM · TORMENTORVM
STREPITV · EX · ARCE · INDICITVR

LXXXXII.

CLEMENS · XIIII · PONT · MAX ·
CVIVS · INDVLGENTIA · CIVES · ADVENAEQVE
DIE · FESTO · ANNIVERSARIO
CONSTANTII · MARTYR ·
PONTIFICIS · N · CAELESTIS · PATRONI
ADMISSORVM · RITE · EXPIANDORVM
PRIVILEGIO · AMPLISSIMO
PERPETVO · VTVNTVR

LXXXXIII.

PIVS · VI · PONT · MAX ·
CVIVS · MVNERE · PRIVILEGIVM · DECESSORIS
SANCITVM · DIESQ · ALTER · PENTECOSTES
PARI · IVRE · AVCTVS
SACERDOTIBVS · IN · AEDE · FACIENTIBVS
DATVM · VT · PER · OMNIA · ALTARIA
PRO · ADQVIESCENTIVM · CVRIATORVM · MANIBVS
QVOTIDIE · PERLITARE · FAS · SIT

LXXXXIIII. (Palatioli in fin. Brix.)

ANNO · M · CCCC · PESTILITATIS · AVERRVNCANDAE · CAVSSA
ROCHO · BEATISSIMO · PATRONO · CAELESTI
AEDEM · IN · AGRO · MAIORES · SACRAVERE
QVAM · POSTERI · EORVM · AN · M · D · MORBO · ITERVM · DEPVLSO
PICTVRA · DECORARVNT
PRAEFECTI · REI · SVBSIDIARIAE · ADMINISTRANDAE
AEDIS · EIVSDEM · NEOCORI
AN · M · DCCC · XIII · EFFIGIES · OMNES · VETVSTATE · DILAPSAS
RESTITVENDAS · CVRAVERVNT

LXXXXV. (in agro Cremon.)

INDVLGENTIA
PII · VI · PONT · MAX ·
DATVM · EST
QVI · DIE · NATALI · IOANNIS · BAPTISTAE
RITE · EXPIATI · SANCTA · DE · ALTARI
LIBAVERINT
VTI · AEDEM · EIVS · SINGVLI
RELIGIONIS · CAVSSA · SVBEVNTES
ADMISSORVM · POENA · OMNI · ABSOLVTI
QVOTANNIS · RECEDANT

LXXXXVI. (Claris)

CORDI · SVAVISSIMO
IESV
DOMINI · DEIQ · NOSTRI
SACRVM
ADORANDI · CAVSSA · ACCEDENTIBVS
INDVLGENTIA · PII · VI · PONT · MAX ·
DATVM · SINGVLIS · EST
VTI · EA · SVPPLICATIO
AD · LABES · ANIMI · EXPIANDAS
SEPTENNIS · SATISFACTIONIS
INSTAR · SIT

LXXXXVII. (Claris in aede Mariana minore)

TIBI · ALMA · VIRGO · GENETRIX · DEI
MARIA · DOMINA · NOSTRA
SIDERIBVS · RECEPTA
ALBATI · SODALES · TVI
AEDEM · PRIMITVS · DEDICAVERE
EANDEM · BIS · IN · MILITARES · VSVS
BELLO · GALLICO · PROFANATAM
NEPOTES · EOR · SQVALORE · DETERSO
LIBENTES · MERITO · EXORNAVIMVS

LXXXXVIII.

QVAE · RITE · LVSTRATA · III · NON · APR ·
ANNO · M · DCCC · II ·
MAGISTERIO
V · E · BERNARDINI · VESCONI
AT · TV · O · BONA · MATER
DE · CAELO · VOLENS · PROPITIA
SERVA · AEDEM · TVAM
SERVA · SODALITATEM · DEVOTAM
NOMINI · MAIESTATIQVE · TVAE

LXXXXVIIII. (sub effigie)

SALVE · O · BONA · VIRGO · GENETRIX · DEI
PROPITIAQVE · ESTO
CLIENTI · TVO · VINCENTIO · PETROSO · ENNENSI
IMAGINEM · TIBI · QVI · DICAT · STATVAE
QVAM · PRISCI · CIVES
CERERE · ILLA · FABVLOSA · ABIECTA
STATVERVNT · TIBI · PATRONAE · SANCTAE · OPIFERAE
SOSPITATRICI · PATRIAE

C. (sub effigie)

SALVE · HAGNE · FLOS · CAELITVM
TV · VIRGO · TV · SPONSA
TV · MARTYR · CHRISTI

CI· (ibid· sub effigie)

SALVE · MARTYR · APOLLONIA
LONGAEVA · LICET
CHORIS · ADDITA · VIRGINVM

CII· (sub effigie)

AVE · AGAPE · MARTYR · CHRISTI
SALVS · POPVLI · CLARENSIS

CIII· (sub effigie)

GAVDE · O · CLARIVM · EXORANTE · AGAPE · TE · PROTEGIT · DEVS

CIIII· (sub effigie)

AVE · MICHAEL · DVX · CAELESTIVM
TE · CLARENSES · HONORANT · SVPPLICES
VTI · SIBI · PRAESIDIO · SIES

CV· (ibid· ad thesaur· templi)

DA · BONE · STIPEM
HONORI · D · N · IESV
QVI · PRO · TE · MORTVVS · EST

CVI· (ibidem in Hypog·)

AGAPE · MARTYRI
QVAM · PIVS · STIPEM · DEDERIS
EA · REDDETVR · CENTIPLEX

CVII· (ibidem in aed· Rochian·)

XIIII · KAL · FEBR ·
AN · M · DCC · LXXXXVI ·
HEIC · OB · TRANSLATIONEM
BEATISSIMAE · AGAPES
PERVIGILIVM · ACTVM · EST

CVIII. (in finit. Bergomat.)

MEMORIAE · ET · PIETATI
IOANNIS · BRAGADINI · PATRIARCHAE · VENETOR ·
APVD · HIERON · SOTTOCASAM · COM · RVSTICANTIS
QVOD · HEIC · SACRO · SAEPE · FACTO
CAELESTEM · HERVM · SIBI · ET · FAMILIAE
PACIFICARIT

CVIIII. (sub effigie)

MICHAELI · PRINCIPI · CAELESTIVM
CLARENSES · DEDICAVERE
DEPVLSORI · HOSTIVM · INFERNORVM

CX. (Brixiae)

VII · ID · NOV · AN · M · DCCC · XV ·
GABRIVS · MARIA · NAVA
PONT · ECCLES · BRIX ·
AD · RELIGIONEM · CEPOTAPHI
PVBLICI · AVGENDAM
SPATIO · AEDICVLAE · AEDIFICANDAE
SOLLEMNIBVS · CAEREMONIIS · DICATO
LAPIDEM · SACRVM · AVSPICALEM · STATVIT

CXI. (Romae)

OSCVLVM · PIVS · DATO
CAPIS · EGO · PARVVLA · FICTILIS
CRVOREM · SERVO · MARTYRIS
INVENTA · IN · ARENARIIS
PRISCILLAE · VIA · SALARIA

CXII. (Claris in aede Carevagiensi)

IIII · EID · IVN · ANNO · M · DCCC · X ·
ITERVMQVE · PRID · NON · DEC ·
EXORATA · GENETRIX · DEI
SERENITATEM · CAELI · REDVXIT

CXIII. (Brixiae)

XVIII · KAL · SEPTEMBR . ANNI · M · DCCC · XVII ·
AVSPICIIS
D · N · MARIAE · CAELESTIS · REGINAE
SIDERIBVS · RECEPTAE
ASCETERION · PACENSE · QVOD · TEMPORVM · ACERBITATE
AD · SCENICOS · VSVS · TRANSLATVM · FVERAT
STVDIO · ATQVE · IMPENSA
V · C · FRANCISCI · CANAPARII · PRESB ·
AEDIBVS · AMPLIATIS · CVLTVQVE · ADDITO · RESTITVTVM
BONIS · OMNIBVS · PLAVDENTIBVS · DEDICATVM · EST

CXIIII. (in finib. Brix.)

D · N · MARIAE · KARMELITIDI
SACRVM
SODALES · VETERES · PRIORE · TEMPLO
ET · TOTA · AEDIFICIORVM · MOLE · DILAPSA
SIGNVM · EIVS · VENERABILE · IN · AEDEM · CVRIAE
TRANSFERENDVM · CVRAVERE

CXV. (Brixiae)

MVNIFICENTIA
V · C · IOSEPHI · VENETIANI · ARCHIDIACONI
ECCLESIAE · BRIXIANAE
DATVM · ADTRIBVTVMQVE · EST · CVRIONIBVS · DVOBVS
SACRA · IN · SVBSIDIVM · ADMINISTRANTIBVS
VTI · AMPLAS · IVRIS · SVI · AEDES · HABERENT
DONVM · GEMINATA · SANCIVIT · AVCTORITAS

CXVI. (in finib. Brix.)

DEO · AETERNO
IN · HONOREM · CAELESTIVM · PATRONORVM
GERVASII · ET · PROTASII · MEGALOMARTYRON
COLONIENSES · SACRAVERVNT
KAL · OCTOBR · AN · M · DCCC · XIIII ·

CXVII. (Palosci)

QVOD · BONVM · FAVSTVM · FELIXQVE · SIT
XVI · KAL · NOVEMBR · ANNI · M · DCCC · XVII ·
GABRIO · MARIA · NAVA · PONTIFICE · N ·
SACRA · SOLLEMNIA · RELIGIOSISSIME · PERAGENTE
TEMPLVM · LAVRENTINVM · CVRIAE · NOSTRAE
MVLTIS · MORTALIBVS · CONFLVENTIBVS
RITE · CONSECRATVM · DEDICATVMQVE · EST
DIES · ANNIVERSARIVS · DEDICATIONIS · ESTO
QVI · TERTIVS · DOMINICVS · ERIT
MENSIS · OCTOBRIS

CXVIII. (ibid.)

XIIII · KAL · NOVEMBR · ANNI · M · DCCC · XVII ·
EX · AVCTORITATE
GABRI · MARIAE · NAVAE · PONTIF · N ·
AERA · PRINCIPIS · TEMPLI · GRATO · SONORIS · CONCENTV
POPVLI · PALOSCENSIS · RELIGIONEM · ET · LAETITIAM · AVCTVRA
RITV · SANCTISSIMO · AB · AVIS · TRADITO
ET · KLERO · CIRCVM · VNIVERSO · PSALLENTE
ABLVTA · THVRE · ADVLTA · TER · OPOBALSAMO · INVNCTA
NOMINIBVS · DE · MORE · IMPOSITIS
PVBLICE · DEDICATA · SVNT
ADSTANTIBVS · ALOISIO · TERZIO
IACOBO · RAGAZZONIO · IOANNE · CALEPPIO
FRANCISCO · VIGANIO · IOSEPHO · MARIENIO
VV · CC ·

CXVIII.

KALENDARIVM · CLARENSE
ANNI · CHRISTIANI
M · DCCC · XVI ·

IANVARIVS

KAL · IAN · F · DEO · PVERO · QVOD · HOC · DIE · SALVTEM · GENERIS · HVMANI SANGVINE · SVO · DEDICAVIT

SOLLEMNIA · IN · BASILICA · FAVSTINIANA · CATECHESES · VACANT · A · CONCIONE SVPPLICATIO · EVCHARISTICA · ANNO · CONDITO · VOTA · IN · ANNVM SEQVENTEM

AEDES · SODALIVM · RVSSATORVM · VETERVM · CELEBRATVR

IIII · NON · DIEBVS · PROFESTIS · IN · AEDE · MARIANA · MAIORE · STATAE · PRECES HABENTVR · ANTE · OCCASVM · SOLIS

NONIS · IN · HYPOGEO · PRECES · OB · MEMORIAM · D · N · MORIENTIS

VIII · IDVS · F · THEOPHANIA · QVOD · HOC · DIE · IESVS · PVER · A · TRIBVS SAPIENTIBVS · ADORATVS · EST

SVPPLICATIO · STATIVA · IN · BASILICA · FAVSTIN · AD · VII · ALTARIA

VII · ID · F · DIES · NVPTIALES · INCIPIVNT

PROCESSVS · KLERI · POPVLIQVE · AD · AEDEM · MAR · MAIOREM

XVIIII · KAL · FEBR · F · NOMINI · IESV · SANCTO · SALVTARI

XVIII · KAL · FEBR · PAVLLO · PATRI · ANACHORETARVM · IN · AEDE · ROCHIANA EXTRA · POMOERIVM

XVI · KAL · FEBR · ANTONIO · MAGNO · KOENOBIARCHAE · AEGYPTIORVM · IN · AEDE ROCHIANA · CONVENTVS · COLLEG · FAVSTIN ·

XV · KAL · FEBR · SVPPLICATIO · IN · TRIDVVM · VESPERTINA · IN · HYPOGEO · OB ADVENTVM · AGAPES · MARTYRIS

XIII · KAL · FEBR · FABIANO · ET · SEBASTIANO · MARTYRIBVS · EXTRA · POMOERIVM CONVENTVS · COLLEG · FAVSTIN ·

XII · KAL · FEBR · F · AGAPE · MARTYRI · IN · HYPOGEO · QVOD · HOC · DIE RELIQVIAE · EIVS · PRIMITVS · SVB · ALTARI · RITE · COLLOCATAE · SVNT

QVI · ADMISSIS · EXPIATIS · SANCTA · LIBARIT · HVIC · SVPPLICANTI · POENAE OMNIS · REMISSIO · EST

EODEM · DIE · PROCESSVS · KLERI · POPVLIQVE · ET · ADORATIO · PVBLICA SACRAMENTI · AVG · ITEMQVE · SINGVLIS · MENSIBVS · TERTIO · QVOQVE DIE · DOMINICO

X · KAL · FEBR · MARIAE · SPONSAE · SOLLEMNIA · IN · BASIL · FAVSTIN ·
VI · KAL · FEBR · ANGELAE · MERICIAE · MATRI · IN · AEDE · VRSVLANA
V · KAL · FEBR · F · CONCIO · THRENI · MARIAE · PERDOLENTI
IIII · KAL · FEBR · FRANCISCO · SALESIO · PONT · IN · BASIL · FAVSTIN ·
III · KAL · FEBR · MARTINAE · VIRG · MART . IN · HYPOGEO

FEBRVARIVS

IIII · NON · FEBR · F · HYPAPANTE · QVOD · HOC · DIE · D · N · MARIAE · PVERPERAE
PERLITANTI · SIMEON · ET · ANNA · VATES · OBVIAM · PROCESSERE
SOLLEMNIA · IN · BASIL · FAVSTIN · CEREI · AD · POMPAM · ACCENSI · DIRIBENTVR
ADORATIO · PVBLICA · SACRAMENTI · AVGVSTI
III · NON · BLASIO · PONT · MART · EXTRA · POMOERIVM · IN · AEDE · APP ·
CONVENTVS · COLLEG · FAVSTIN ·
GVTTVRA · PIORVM · CANDELIS · DECVSSATIS · LVSTRANTVR
PRIDIE · NON · F · CONCIO · THRENI · MARIAE · PERDOLENTI
PROCESSVS · KLERI · POPVLIQVE · AD · AEDEM · MAR · MAIOR ·
NONIS · SOLLEMNIA · IN · BASIL · FAVSTIN · QVOD · EA · HOC · DIE · RITE
DEDICATA · EST
CEREI · XII · PER · AMBITVM · COLLVCENT
EODEM · DIE · AGATHAE · VIRG · MART · IN · AEDE · MAR · MAIOR ·
V · ID · APOLLONIAE · VIRG · MART · IN · AEDE · MARIAE · OPIFERAE
III · ID · F · SVPPLICATIO · IN · TRIDVVM · HONORI · HIEROMARTYR · FAVSTINI · ET
IOVITAE · CAELESTIVM · PATRONORVM
ITEM · SVPPLICATIO · STATIVA · AD · VII · ALTARIA
XVII · KAL · MART · MANE · SOLATIA · CAELESTIA · MANIVM · PIORVM
A · MERIDIE · LAVDATIO · MARTYRVM · EXINDE · RELIQVIAE · EORVM · POMPA
DVCTA · IN · ABSIDEM · TRANSLATAE · PROSTANT
XVI · KAL · MART · F · HERIS · CAELESTIBVS · TVTELARIBVS
SOLLEMNIA · ORDINIS · POPVLIQVE
SYNAXIS · SODALIVM · ALBATORVM
RITE · SVPPLICANTI · POENAE · OMNIS · REMISSIO · EST
CATECHESES · VACANT
XIIII · KAL · MART · SYNAXIS · AEGROTANTIVM
XIII · KAL · MART · F · PIIS · MANIBVS · DEFVNCTORVM · CIVIVM · RITV · SOLLEMNI
IN · TRIDVVM · PERLITATVR · CONCIONES · TRES · AT · CATECHESES · VACANT
XII · KAL · MART · HAGNE · VIRG · MART · IN · CELLA · MARIAE · OPIFERAE
VIIII · KAL · MART · ITER · D · N · AD · CRVCEM · CELEBRATVR

$\overline{\text{VI}}$ · KAL · MART · F · MAGISTRI · DOCTRINAE · CHRISTIANAE · TRADENDAE · IN TRIDVVM · SVPPLICANT · PRO · DEFVNCTIS · FRATRIBVS · CATECHESES SOLLEMNES · TRES

ITER · D · N · AD · CRVCEM · CELEBRATVR

$\overline{\text{III}}$ · KAL · MART · SACERDOTES · CINERE · SACRO · POPVLVM · VIRITIM · INSPERGVNT IEIVNIA · ET · STATAE · CONCIONES · INCIPIVNT

MARTIVS

KAL · MART · SOLLEMNIA · IN · HYPOGEO · OB · MEMORIAM · QVINQVE · VVLNERVM D · N · IESV · EXINDE · IBIDEM · PRECES · STATAE · FERIA · QVAQVE · SEXTA RITE · SVPPLICANTI · POENAE · OMNIS · REMISSIO · EST

ITER · D · N · AD · CRVCEM · CELEBRATVR · CONCENTVS · MVSICORVM · IN · AEDE MAR · MAIOR · SVB · OCCASVM · SOLIS

$\overline{\text{V}}$ · NON · F · PROCESSVS · KLERI · POPVLIQ · AD · AEDEM · MARIAN · MAIOR · POST ADORATIONEM · PVBL · SACR · AVG ·

PRID · NON · IEIVNIA · VERNI · TEMPORIS

$\overline{\text{VIII}}$ · IDVS · ITER · D · N · AD · CRVCEM · CELEBRATVR · CONCENTVS · MVSICORVM IN · AEDE · MAR · MAIOR · SVB · OCCASVM · SOLIS

$\overline{\text{VI}}$ · ID · F · ADORATIO · PVBLICA · SACR · AVG ·

IDIBVS · MEMORIAE · D · N · SALVTI · OMNIVM · PROFVSO · SANGVINE · PROSPICIENTIS

ITER · D · N · AD · CRVCEM · CELEBRATVR · CONCENTVS · MVSICORVM · IN · AEDE MAR · MAIOR · SVB · OCCASVM · SOLIS

$\overline{\text{XVI}}$ · KAL · APR · F · ADORATIO · PVBLICA · SACR · AVG ·

$\overline{\text{XIIII}}$ · KAL · APR · IOSEPHO · VIRO · D · N · MARIAE · SOLLEMNIA · IN · BASILICA FAVSTINIANA

$\overline{\text{XI}}$ · KAL · APR · D · N · AMORIS · ERGO · SERTVM · SPINARVM · IN · EXEMPLVM · GESTANTI

ITER · D · N · AD · CRVCEM · CELEBRATVR · CONCENTVS · MVSIC · IN · AEDE MAR · MAIOR · SVB · OCCASVM · SOLIS

$\overline{\text{VIIII}}$ · KAL · APR · F · ADORATIO · PVBLICA · SACR · AVG ·

$\overline{\text{VIII}}$ · KAL · APR · F · SOLLEMNIA · IN · AEDE · MAR · MAIOR · QVOD · HOC · DIE MARIA · VIRGO · GENETRIX · DEI · DESIGNATA · EST

IBIDEM · CONCIO · POMERIDIANA

$\overline{\text{IIII}}$ · KAL · APR · ITER · D · N · AD · CRVCEM · CELEBRATVR · CONCENTVS · MVSIC · IN · AEDE · MARIANA · MAIOR · SVB · OCCAS · SOLIS

$\overline{\text{III}}$ · KAL · APR · DIES · LVCTVS · INCIPIVNT · EFFIGIES · SACRAS · OBNVBITO

PRID · KAL · APR · F · ADORAT · PVBL · SACR · AVG · SVPPLICATIO · STATIVA · AD $\overline{\text{VII}}$ · ALTARIA

APRILIS

NONIS · APR · D · N · MARIAE · PERDOLENTI
ITER · D · N · AD · CRVCEM · CELEBR · CONCENTVS · MVSIC · IN · AEDE · MAR · MAIOR · SVB · OCCAS · SOLIS

VII · ID · F · INCIPIT · HEBDOMAS · DIERVM · SANCTORVM · ET · SVPPLICATIONES IN · DIEM · QVARTVM · PER · HORAS · QVADRAGINTA · KLERO · POPVLOQ · ALTERNANTE · A · SOLIS · ORTV · IN · OCCASVM

III · ID · SOLLEMNIA · PASCHATIS · SYNAXIS · KLERI · POPVLIQ · A · MERIDIE · CELLA SACRAM · AVG · CELEBRATVR

PRID · ID · A · CONCIONE · ITER · D · N · AD · CRVCEM · CELEBRATVR · EXINDE SOLLEMNIA · MYSTERIORVM · A · MERIDIE · POST · LVGVBRES · CANTVS EXEQVIAE · D · N · POMPA · FVNEBRI · SVB · NOCTEM · DVCTA · IN · HYPOGEO SVPPLICATIONES · PIORVM · OB · MEMORIAM . SEPVLTVRAE · D · N · VSQVE IN · DIEM · SEQVENTEM

IDIBVS · RITVS · OCCIPIVNT · IGNIS · ET · LVMINIS · POST · HAEC · ORACVLA PROPHETARVM · LEGVNTVR · FONTE · SALVTARIS · LAVACRI · EXPIATO PROCESSVS · KLERI · IN · SVBSELLIARIVM · AD · PRECES · EXINDE · SACRVM SOLLEMNE · OB · PRAELVDIVM · ANASTASEOS · D · N ·

XVIII · KAL · MAIAS · F · SOLLEMNIA · VBIQVE · OB · MEMORIAM · ANASTASEOS D · N · CATECHESES · VACANT · SVPPLICATIO · STATIVA · AD · VII · ALTARIA

XVII · KAL · MAIAS · F · STATAE · CONCIONES · DESINVNT

XVI · KAL · MAIAS · SYNAXIS · AEGROTANTIVM

XI · KAL · MAIAS · F · ALBIS · DEPOSITIS

VII · KAL · MAIAS · MARCO · EVANGELISTAE · HOC · DIE · POMPA · PROCEDIT · EXTRA POMOERIVM · KLERO · POPVLOQVE · DEVM · ADPRECANTE · VTI · SEGETES BENE · EVENIANT

IIII · KAL · MAIAS · F · MEMORIAE · MARTYRVM · BRIXIANORVM

III · KAL · MAIAS · PETRO · MARTYRI · IN · BASILICA · FAVSTINIANA
ITEM · IN · AEDE · MAGISTRORVM · DOCTRINAE · CHRIST · TRADENDAE · RAMVLI OLIVARVM · DIRIBENTVR · POMPA · DVCITVR

MAIVS

KAL · MAIIS · PHILIPPO · ET · IACOBO · APP · EXTRA · POMOERIVM · CONVENTVS COLLEG · FAVSTIN · INITIVM · MENSIS · MARIANI

VI · NON · INCIPIT · SVPPLICATIO · IN · TRIDVVM · HONORI · SANCTI · IOSEPHI · OB PATROCINIVM · EIVS · IMPLORANDVM

V · NON · SOLLEMNIA · OB · MEMORIAM · INVENTAE · CRVCIS · D · N ·

III · NON · F · SOLLEMNIA · HONORI · SANCTI · IOSEPHI · POST · CONCIONEM ADORATIO · PVBLICA · SACR · AVG ·

RITE · SVPPLICANTI · POENAE · OMNIS · REMISSIO · EST

PROCESSVS · KLERI · POPVLIQ · AD · AEDEM · MAR · MAIOR ·

PRID · NON · IOANNI · AP · SOLLEMNIA · IN · HYPOGEO

VIII · ID · MICHAELI · PRINCIPI · ANGELORVM · SOLLEMNIA · EX · VISV · AD GARGANVM · CONVENTVS · COLLEG · FAVSTIN · IN · AEDE · APP · EXTRA POMOERIVM

IIII · ID · F · CAELITIBVS · SANCTIS · QVORVM · RELIQVIAS · BASILICA · FAVSTIN · SERVAT · POST · SOLLEMNIA · LAVDATIO · CATECHESES · VACANT

XIIII · KAL · IVN · F · INCIPIVNT · STATAE · EXPLICATIONES · LIBRORVM · DIVINORVM ITEM · ADORATIO · PVBLICA · SACR · AVG · STERILITATI · AGRORVM AVERRVNCANDAE

XIII · KAL · IVN · SVPPLICATIONES · IN · TRIDVVM · SOLLEMNES · VTI · DEVS OPTIMVS · MAX · FRVGES · FRVMENTA · VINETA · VIRGVLTAQVE · GRANDIRE BENEQVE · EVENIRE · SINAT

EODEM · DIE · BERNARDINO · SENENSI · CONVENTVS · KLERI · POPVLIQ · IN · AGRO

X · KAL · IVN · F · SOLLEMNIA · OB · MEMORIAM · D · N · ADSCENDENTIS · IN CAELVM · CONCIO · SVPPLICATIO · STATIVA · AD · VII · ALTARIA

VIIII · KAL · IVN · INCIPIVNT · PRECES · VIIII · DIERVM · AD · SPIRITVM · SANCTVM

VII · KAL · IVN · F · SOLLEMNIA · IN · AEDE · MARIAE · CAREVAGIENSIS · DVCTA POMPA

IBIDEM · ET · IN · BASILICA · FAVSTIN · PHILIPPO · NERIO

IVNIVS

KAL · IVN · PRAELVDIVM · DIEI · PENTECOSTES · ORACVLA · PROPHETARVM LEGVNTVR · FONS · SALVTARIS · LAVACRI · EXPIATVR · POST · PRECES SACRVM · SOLLEMNE

IEIVNIVM

IIII · NON · F · SOLLEMNIA · OB · ADVENTVM · SPIRITVS · SANCTI · CATECHESES VACANT · HARVM · LOCO · DISPVTATIO · PVBLICA · PVERORVM · DE · DOCTRINA CHRISTIANA

ITEM · CONCIO · SVPPLICATIO · STATIVA · AD · VII · ALTARIA

PROCESSVS · KLERI · POPVLIQ · AD · AEDEM · MAR · MAIOR ·

III · NON · F · SYNAXIS · AEGROTANTIVM

PRID · NON · IEIVNIA · AESTIVI · TEMPORIS

V · ID · F · TRINITATI · AVGVSTAE · CONVENTVS · COLL · FAVSTIN · IN · AEDEM EXTRA · POMOERIVM · SOLLEMNIA · IN · BASILICA

IDIBVS · F · SOLLEMNIA · OB · CORPVS · D · N · NOBIS · DIVINITVS · DATVM PROCESSVS · KLERI · POPVLIQ · INDICTA · POMPA · VIIS · ORNATIS · ARIS EXSTRVCTIS · EXINDE · ADORATIO · PVBLICA · SODALIVM · ALBATORVM SVPPLICATIONES · CONCENTVS

XVII · KAL · IVL · BERNARDO · ARCHID · CVLTORI · ALPIVM · CONVENTVS · COLL · FAVSTIN · IN · AGRO

XVI · KAL · IVL · F · SVPPLICATIO · STATIVA · AD · VII · ALTARIA

XIIII · KAL · IVL · INCIPIT · SVPPLICATIO · IN · TRIDVVM · HONORI · SANCTISSIMI CORDIS · IESV

XIII · KAL . IVL · GERVASIO · ET · PROTASIO · MM · CONVENTVS · COLLEG · FAVSTIN · IN · AGRO

XI · KAL · IVL · SOLLEMNIA · IN · BASIL · FAVSTIN · CVLTORES · SANCTISSIMI CORDIS · D · N · POMPA · DVCTA · CONVENIVNT · AD · SYNAXIN · A · MERIDIE LAVDATIO · PRECES · CONCENTVS

VIIII · KAL · IVL · F ·

VIII · KAL · IVL · CONVENTVS · COLL · FAVSTIN · IN · AGRO · OB · DIEM · NATALEM IOANNIS · BAPTISTAE

VII · KAL · IVL · SCHOLAE · VACANT · IN · TRIDVVM · VTI · DISCIPVLI · SVB · MAGISTRO PIETATIS · RELIGIONI · DENT · OPERAM · IN · AEDE · ALOISIANA

IIII · KAL · IVL · SOLLEMNIA · OB · DIEM · SACRVM · ALOISIO · CAELESTI · PATR · IVVENTVTIS · VICINIA · FESTO · CVLTV · ORNATA · CONCENTVS · LAVDATIO IGNES · NOCTVRNI · AD · LAETITIAM · IEIVNIVM · HONORI · SVMMORVM APOSTOLORVM

III · KAL · IVL · F · SOLLEMNIA · OB · PRINCIPES · APOSTOLORVM · LAVDATIO · HOC ANNO · PAVLLI

PRID · KAL · IVL · F ·

IVLIVS

KAL · IVL · CONVENTVS · COLL · FAVSTIN · IN · AGRO · OB · DIEM · FESTVM APOSTOLORVM

VI · NON · IVL · SOLLEMNIA · EXTRA · POMOERIVM · OB · MEMORIAM · MARIAE HOSPITAE · CONVENTVS · COLL · FAVSTIN · ET · SODALIVM · ALBATOR · LAVDATIO · AEDEM · VICINIA · CELEBRAT

NON · F · PROCESSVS · KLERI · POPVLIQ · AD · AEDEM · MAR · MAIOR ·

PRID · IDVS · F ·

XVI · KAL · AVG · INCIPIVNT · SVPPLICATIONES · IN · QVATRIDVVM · SVO · QVAEQVE DIE · MATVTINAE · CVRIARVM · QVATVOR · VESPERTINAE · QVATVOR SODALITATVM · AD · MEMORIAM · RECOLENDAM · PARTAE · DIVINITVS · SALVTIS ORBE · DE · SERVITVTE · REDEMPTO · CONVENIVNT · KLERVS · POPVLVSQ · POMPA · IN · HYPOGEVM · DEDVCITVR

XII · KAL · AVG · F · EFFIGIES · D · N · IESV · POPVLO · HYPOGEVM · CELEBRANTE ADORATVR · SODALES · ALBATI · AD · SYNAXIN · CONVENIVNT · IBIDEM RITE · SVPPLICANTI · POENAE · OMNIS · REMISSIO · EST · SOLLEMNIA · IN BASIL · FAVST · A · VESPER · LAVDATIO · EXINDE · CORPVS · S · AGAPES MARTYRIS · PATET

XI · KAL · AVG · MARIAE · MAGDALENAE · ISAPOSTOLO

VIII · KAL · AVG · IACOBO · MAIORI · SOLLEMNIA · IN · BASIL · FAVSTIN ·

VII · KAL · AVG · ANNAE · MATRI · GENETRICIS · DEI · SOLLEMNIA · IN · AEDE VRSVLANA

V · KAL · AVG · F ·

IIII · KAL · AVG · MARIAE · KARMELITIDI · SOLLEMNIA · EXTRA · POMOER · IN AEDE · TRINIT · AVG ·

PRID · KAL · AVG · IGNATIO · PATRI · SOLLEMNIA · IN · HYPOGEO

AVGVSTVS

KAL · AVG · PETRO · AP · AD · MEMORIAM · VINCVLORVM · EIVS · AEDE · DEDICATA

IIII · NON · AEDES · FRANCISCI · PATRIS · CELEBR · IN · AGRO

RITE · SVPPLICANTI · POENAE · OMNIS · REMISSIO · EST

PRID · NON · F · PROCESSVS · KLERI · POPVLIQ · AD · AEDEM · MAR · MAIOR ·

NONIS · SANCTAE · GENETRICI · DEI · BASILICA · EIVS · IN · EXQVILIIS · DEDICATA SOLLEMNIA · IN · AEDE · MARIANA · MAIORE · ET · IN · CAREVAGIENSI

VIII · ID · SOLLEMNIA · IN · HYPOG · QVOD · HOC · DIE · D · N · INSIGNI · LVCE CORVSCVS · TRIBVS · APOSTOLIS · VISVS · EST

VII · ID · CAIETANO · THIENEO · IN · CELLA · MARIAE · OPIFERAE

V · ID · FIRMO · ET · RVSTICO · MARTYRIBVS · SOLLEMNIA · IN · AGRO · ITEM · IN AEDE · CAREVAGIENSI · IVMENTA · LVSTRANTVR

III · IDVS · F ·

PRID · IDVS · INCIPIVNT · SVPPLICATIONES · IN · TRIDVVM · HONORI · D · N · MARIAE · SIDERIBVS · RECEPTAE · CATECHESES · SOLLEMNES · TRES · ET ADORATIO · PVBL · SACRAM · AVG · IN · AEDE · MAR · MAIOR ·

XVIIII · KAL · SEPT · IEIVNIVM

XVIIII · KAL · SEPT · F · SOLLEMNIA · IBIDEM · A · VESPERIS · LAVDATIO
EODEM · DIE · AEDES · SODALIVM · ALBATORVM · CELEBRATVR
XVII · KAL · SEPT · AGAPE · MARTYRI · SOLLEMNIA · IN · HYPOGEO · RITE SVPPLICANTI · POENAE · OMNIS · REMISSIO · EST · A · VESPERIS INCIPIT · SVPPLICATIO · AD · SEPVLCRVM · MARTYRIS · IN · OCTAVVM DIEM
EODEM · DIE · ROCHO · DEPVLSORI · PESTILITATIS · CONVENTVS · COLL · FAVSTIN · EXTRA · POMOER ·
XVI · KAL · SEPT · SYNAXIS · AEGROTANTIVM
XV · KAL · SEPT · F ·
XI · KAL · SEPT · D · N · SOLLEMNIA · OCTAVI · DIEI · IN · AEDE · APP · EXTRA POMOERIVM
VIIII · KAL · SEPT · F · BARPTOLEMAEO · APOSTOLO · IN · AEDE · MAR · MAIOR ·
IIII · KAL · SEPT · IOANNI · BAPTISTAE · MARTYRI · CONVENTVS · COLL · FAVSTIN · IN · AGRO

SEPTEMBER

KAL · SEPT · F · PROCESSVS · KLERI · POPVLIQ · AD · AEDEM · MAR · MAIOR ·
VI · ID · F · SOLLEMNIA · IN · AEDE · MAR · MAIOR · QVOD · HOC · DIE · D · N · MARIA · NATA · EST
XVIII · KAL · OCT · SOLLEMNIA · IN · BASILICA · FAVSTIN · OB · MEMORIAM · CRVCIS D · N · DE · HOSTE · RECEPTAE
XVII · KAL · OCT · F · SOLLEMNIA · IBIDEM · D · N · MARIAE · INFANTI · NOMINE IMPOSITO · CELLA · MARIAE · OPIFERAE · CELEBR ·
XV · KAL · OCT · FRANCISCO · PATRI · VVLNERA · D · N · IN · SVO · CORPORE REFERENTI · SOLLEMNIA · IN · AGRO
XIIII · KAL · OCT · IEIVNIA · TEMPORIS · AVTVMN ·
XI · KAL · OCT · MATTHAEO · APOST · ET · EVANGELISTAE · IN · AGRO · AEDES EIVS · CELEBRATVR
X · KAL · OCT · F · SOLLEMNIA · OB · MEMORIAM · D · N · MARIAE · PERDOLENTIS
HOC · DIE · DESINVNT · EXPLICATIONES · LIBR · DIVINORVM · ET · ADORATIO PVBLICA · SACRAM · AVG · GRATIIS · DEO · ACTIS · OB · TEMPORVM FAVSTITATEM
VI · KAL · OCT · IN · AEDE · APP · EXTRA · POMOERIVM · INCIPIT · SVPPLICATIO IN · TRIDVVM · HONORI · MICHAELIS · PRINCIPIS · ANGELORVM
V · KAL · OCT · PROCESSVS · KLERI · POPVLIQVE · OB · EXEQVIAS · SOLLEMNES DEFVNCTORVM · AD · CEPOTAPHIVM

III · KAL · OCT · F · MICHAELI · PRINCIPI · ANGELORVM · EXTRA · POMOERIVM CONVENTVS · COLLEG · FAVSTIN · LAVDATIO

EODEM · DIE · SOLLEMNIA · IN · AEDE · MARIANA · MAIORE · HONORI · ALOISII CAELESTIS · PATRONI · IVVENTVTIS

CVLTORES · EIVS · AD · SYNAXIN · CONVENIVNT · CONCENTVS · LAVDATIO

PRID · KAL · OCT · HIERONYMO · DOCTORI · MAXIMO · SOLLEMNIA · IN · BASILICA FAVSTIN ·

OCTOBER

VI · NON · OCT · ANGELIS · TVTELARIBVS · SACRVM · SOLLEMNE · IN · AEDE MARIANA · MAIOR · OB · DEPVLSAM · PESTILITATEM

IIII · NON · FRANCISCO · PATRI · IN · BASIL · FAVSTIN · ITEMQ · IN · AEDE · MAR · MAIOR · ATQVE · IN · AGRO

PRID · NON · F · SOLLEMNIA · IN · AEDE · MAR · MAIOR · HONORI · MARIAE EXORATAE · CATECHESES · VACANT · SIMVLACRVM · D · N · A · VESPER · POMPA · INSTITVTA · PRODIT

III · ID · F · D · N · MATRI · DEI · SOLLEMNIA · IN · AEDE · ROCHIANA · EXTRA POMOERIVM · CONVENTVS · COLL · FAVSTIN ·

XIII · KAL · NOV · F · VIRGINI · SANCTAE · OMNIVM · PVRITATEM · SVPERGRESSAE SOLLEMNIA · IN · AEDE · CAREVAGIENSI · POMPA · INSTITVTA

XII · KAL · NOV · VRSVLAE · VIRG · MART · SOLLEMNIA · IN · AEDE · EIVS

VI · KAL · NOV · F ·

V · KAL · NOV · SIMEONI · ET · IVDAE · APOSTOLIS

PRIDIE · KAL · NOV · IEIVNIVM

NOVEMBER

KAL · NOV · CAELITIBVS · VNIVERSIS · AEVI · AETERNI · BEATITATE · FRVENTIBVS SOLLEMNIA · IN · BASIL · FAVST · A · VESPER · PRECES · ADMISSIS · PIORVM MANIVM · EXPIANDIS

IIII · NON · INCIPIVNT · SVPPLICATIONES · PRO · DEFVNCTIS · IN · DIEM · OCTAVVM APVD · AEDEM · MAR · MAIOR · ALTERNIS · DIEBVS · CONCIO · HABETVR ITEMQVE · ALTERNIS · ITER · D · N · AD · CRVCEM · CELEBRATVR

III · NON · F ·

PRIDIE · NON · KAROLO · PONT · MAIORI · SOLLEMNIA · IN · BASILICA · FAVSTIN · SYNAXIS · AEGROTANTIVM

VII · ID · MANE · SOLATIA · CAELESTIA · MANIVM · PIORVM

V · ID · SOLLEMNIA · INFRA · BASIL · OB · MEMORIAM · HYPOGEI · DEDICATI

IIII · ID · F · SANCTAE · GENETRICI · DEI · SOLLEMNIA · IN · BASIL · FAVSTIN · AD PATROCINIVM · EIVS · IMPETRANDVM · CELLA · MARIAE · OPIFERAE CELEBRATVR

III · ID · MARTINO · PONTIFICI . IN · AGRO

XV · KAL · DECEMBR · F ·

XI · KAL · DEC · D · N · VIRG · PVELLAE · A · PARENTIBVS · IN · TEMPLVM · DEDVCTAE SOLLEMNIA · IN · AEDE · MAR · MAIOR ·

X · KAL · DEC : CAECILIAE · VIRG · MART · SOLLEMNIA · IN · HYPOGEO

VIII · KAL · DEC · F ·

PRID · KAL · DEC · ANDREAE · APOST · SOLLEMNIA · IN · HYPOGEO

DECEMBER

KAL · DEC · F · INITIVM · ADVENTVS · D · N · CONCIO · SVPPLICATIO · STATIVA · AD VII · ALTARIA

III · NON · FRANCISCO · XAVERIO · APOST · INDIAR · SOLLEMNIA · IN · BASIL · FAVSTIN ·

PRID · NON · IEIVNIVM

NON · INCIPIT · SVPPLICATIO · IN · TRIDVVM · HONORI · D · N · MARIAE · LABIS NESCIAE

VIII · ID · IEIVNIVM

VI · ID · DEC · F · SOLLEMNIA · IN · BASIL · FAVSTIN · CVM · LAVDATIONE · ITEM ADORATIO · PVBL · SACRAM · AVG ·

III · ID · IEIVNIVM

IDIBVS · LVCIAE · VIRG · MART · SOLLEMNIA · IN · AEDE · MARIANA · MAIOR · IEIVNIVM

XVIII · KAL · IAN . F : INCIPIVNT : SVPPLICATIONES · NOVENDIALES · IN · MEMORIAM DIEI · NATALIS · D · N : ITEM · COMMENTATIO . QVOTIDIANA · AD · MORES CONFORMANDOS · ET · ADORATIO · PVBL · SACRAM · AVG ·

XV · KAL : IAN · IEIVNIA · HIBERNI · TEMPORIS · SOLLEMNIA · IN · BASIL · FAVSTIN · HONORI · D · N : DEVM · PARITVRAE

XII · KAL · IAN · THOMAE · APOSTOLO

XI · KAL · IAN · F ·

VIIII · KAL · IAN · IEIVNIVM · MANE · SOLATIA : CAELESTIA · MANIVM · PIORVM

VIII · KAL · IAN · F · OB · MEMORIAM : DIEI · NATALIS · D · N · SOLLEMNIA · AB IPSA · NOCTE · IN · BASIL · FAVSTIN · CATECHESES · VACANT · SVPPLICATIO STATIVA · AD · VII · ALTARIA

VII · KAL · IAN · F · STEPHANO · ARCHIMARTYRI · SOLLEMNIA · IN · BASIL · FAVSTIN ·

VI · KAL · IAN · IOANNI · APOST · SOLLEMNIA · IN · CELLA · SACRAM · AVG · SYNAXIS · AEGROTANTIVM

IIII · KAL · IAN · F ·

CAPVT II.

INSCRIPTIONES HONORARIAE

CXX. (Patavii sub stat.)

CLEMENTI · XIII · PONT · MAX ·
QVEM · ECCLESIA · PATAVINA
MAGNIS · CVRAE · PONTIFICALIS · PROMERITIS
ET · IMMORTALIBVS · VIRTVTVM · EXEMPLIS
INSIGNEM
ORBI · CHRISTIANO
RECTOREM · DEDIT
REZZONICI · FRATRES
KAROLVS · CARD · EP · PORT ·
PRAEF · DEC · CVRAT · VRB ·
IOAN · BAPTISTA · CARD ·
SVMMVS · SCRINIAR · A · LIB ·
LVDOVICVS · EQ · AVR ·
PROC · MARC · VEXILLAR · S · E · R ·
ABVNDIVS · DYN · ROM ·
SENATOR · VRBIS
PATRVO · SANCTISSIMO

CXXI. (Ostrae in Piceno)

D · N · PIO · VI · PONT · MAX ·
OPTIMO · ET · INDVLGENTISSIMO · PRINCIPI
CVIVS · DECRETIS · AMPLISSIMIS
ANNO · M · DCC · LXXXX ·
MAIORVM · DIGNITAS · QVAE · VETVSTATE · OBSOLEVERAT
IVRE · CIVITATIS · PATRIAE · REDDITO
IN · POSTERIS · AEVO · FELICIORE · REVIXIT
OSTRANI · PVBLICE
D · D ·

CXXII. (Sublaquei)

D · N · PIO · VI · PONT · MAX ·
PARENTI · OPTIMO · PRINCIPI · MVNIFICENTISSIMO
IN · SVMMA · OPTATISSIMI · ADVENTVS · LAETITIA
ORDO · CANONICORVM · SVBLAQVEENSIVM
AMPLIFICATORI · DIGNITATIS · SVAE
ANNO · M · DCC · LXXXVIII ·
QVO · VETEREM · ABBAE · INDVLGENTISSIMI · AMOREM · CVRAMQVE · REFERENS
CIVITATE · MONVMENTIS · DECORATA · LEGIBVS · CONSTITVTA
TEMPLVM · AVGVSTVM · MAXIMVM
A · SOLO · REFECTVM · DONARIISQVE · OMNIS · GENERIS · LOCVPLETATVM
HONORI · ANDREAE · APOSTOLI · CAELESTIS · PATRONI
DIE · EIVS · ANNIVERSARIO
SOLLEMNIBVS · CAEREMONIIS · CONSECRAVIT

CXXIII. (Romae)

PIO · VI · PONT · MAX ·
OPTIMO · ET · PROVIDENTISSIMO · PRINCIPI
QVOD · PVBLICANORVM · LICENTIA
ET · DVRAE · DOMINATIONIS · TERRORE · DEPVLSO
PRIMVS · VETERES · AGRICOLAS
LIBERTATIS · COMMERCIIQVE · COMMODIS · SOLATVS
SPEM · PVBLICAM · CVLTORIBVS · REVOCATIS · EREXERIT
FINIVMQVE · CVSTODIBVS
ADVERSVS · NEGOTIATORVM · FRAVDES · CONSTITVTIS
ET · AGRIS · IVRE · EMPHYTEVTICO · IN · FAMILIAS · DIVISIS
IVSTA · CIVIVM · ONERA
PRIVILEGIIS · COMMVNIBVS · COMPENSARIT
MONTEALTENSES
RESTITVTORI · PROVINCIAE
ANNO · M · DCC · LXXXXII ·
FABRICIO · RVFO · V · C · PRAEF · AERARI

CXXIIII. (Vindobonae sub imag.)

D · N · IMP · CAES · IOSEPHO · P · F · AVG ·
COLLEGIVM · MEDICORVM · VINDOBONENSIVM
CONSTITVTORI · SVO
CVIVS · LIBERALITATE · SCHOLA · ANATOMICA
LOCO · ILLVSTRI · ET · IDONEO
APERTA · ET · OMNI · CVLTV · EXORNATA · EST
CONCLAVE · IN · PROXIMO
DIGERENDIS · NATVRAE · ARTISQ · EXEMPLIS
ADTRIBVTVM
SEDES · VETERES · AD · PRIVATA · SECTIONVM
EXPERIMENTA
TIRONIBVS · ADSIGNATAE
INSTRVMENTVM · VBIQVE · DVPLICATVM
FORMAE · ARTVVM · ET · VISCERVM · HVMANORVM
SPECIES · AD · CONTEMPLANDVM
SALVBRI · INVENTO · AVCTAE · SVNT
EX · DECRETO · ORDINIS
ANNO · M · DCC · LXXXVI ·

CXXV. (Forolivii)

HONORI · ET · VIRTVTI
ROMVALDI · BRASCHI · ONESTI
CARDINALIS
BEATISSIMI · AVVNCVLI · SVI
D · N · PII · VI · PONT · MAX ·
EGREGIAS · LAVDES · ADPETENTIS
QVOD
PRONA · VOLVNTATE
INTER · PATRICIOS · ADLECTVS
ORDINEM · NOSTRVM
SVMMO · DIGNITATIS · SPLENDORE
HONESTARI · PASSVS · SIT
FOROLIVIENSES · PVBLICE
D · D ·
ANNO · M · DCC · LXXXVII ·

CXXVI. (Albae Pompejae in arcu)

KAROLO · EMMANVELI · REGIS · VICTORIS · F · REGI · DESTINATO
ET · MARIAE · ADELAIDI · CLOTILDAE · VXORI · EIVS
OPTIMIS · IOCVNDISSIMISQVE · PRINCIPIBVS
QVOS · ANNO · M · DCC · LXXXIII · LAETISSIMVS · DIES · PRID · EID · IVN ·
CVM · SACRA · DOMO · EORVM · PROPITIOS · ADDVXIT
IOSEPHVS · VERNAZZA · ET · VIRGINIA · CONIVX · CVM · HECTORE · FILIO
AD · MEMORIAM · REGIAE · HVMANITATIS

CXXVII. (Romae sub imag.)

REGI · GVSTAVO · REGIS · FEDERICI · FILIO
SVEVICO
VANDALICO · GOTHICO
FRANCVS · PIRANESIVS · ARCHIT ·
FAVTORI · ARTIVM
AD · COMMEMORATIONEM
REGIAE · HVMANITATIS
QVOD · MVSEO · DOMESTICO · SAEPIVS
SVCCESSERIT
ANNO · M · DCC · LXXXIIII ·

CXXVIII. (Colurni sub stat.)

D · N · DVCI · FERDINANDO
DVC · PHILIPPI · FILIO · P · F ·
REGIAE · DOMVS · HISPANIENSIS
NOBILISSIMO · PRINCIPI
CONDITORI
ET · LOCVPLETATORI · COENOBI · N ·
FAMILIA · FRATRVM · DOMINIC ·
COLVRNI · CONSISTENTIVM
CONSERVATA · ATQVE · AVCTA
OMNI · INDVLGENTIA · ET · LIBERALITATE
EIVS

CXXVIIII. (Ravennae sub imag.)

ALOISIO · VALENTIO · GONZAGAE
CARDINALI
LEGATO · PROV · AEMIL ·
RAVENNATES
PATRONO · MERENTI
EX
DECR · ORD ·

CXXX. (Romae)

HONORI
IOAN · BAPTISTAE · BELLOI
ARCHIEP · PARISIENSIVM
QVEM · PIVS · VII · PONT · MAX ·
MVLTIS · PROMERITIS · ET · SVMMA · SENECTVTE
VENERABILEM
IN · PATRVM · CARDINALIVM · COLLEGIVM
COOPTAVIT
QVOD · LIBERALITATE · EIVS · TEMPLVM · IOANNIANVM
LATINAE · PORTAE
PRO · DIGNITATE · DELATI · SVSCEPTIQVE · TITVLI
ALTARIVM · SVPELLECTILI · AVCTA
TECTORVM · CONTIGNATIONIBVS · QVAQVA · VERSVS · REFECTIS
ABSIDIS · PARIETVM · CAMERARVM · PICTVRIS · EVANESCENTIBVS
CVLTV · NOVO · INLVSTRATIS
IN · SPLENDIDIOREM · FORMAM · RESTITVTVM · SIT
RAPHAEL · MATIVS · PROCVRATOR · EIVS
POST · MORTEM · DEDICAVIT

CXXXI. (in finib. Brix. sub effigie)

AVGVSTINO · CALVATIO · PRESB · E · SOC · IES ·
PR · NON · APR · AN · M · DCC · LXXXXVIII · VITA · FVNCTO
IN · QVO · DOCTRINAM · QVAE · SVMMA · FVIT
PIETAS · SVPERAVIT
ANTONIVS · HERES · PATRVO · SANCTISSIMO

CXXXII. (Matilicae)

CIVI · CLARISSIMO
PHILIPPO · IOS · F · CAMPANELLIO
CARDINALI
QVEM · AB · ADOLESCENTIA · INGENII · LAVDE
VITAEQVE · INTEGRITATE · COMMENDATVM
SVMMA · SACRI · CIVILISQVE · IVRIS · SCIENTIA
IMMOBILIS · ERGA · PRINCIPEM · FIDES
ABSTINENTIA · ET · MODESTIA · SINGVLARIS
PATRIAE · PARENTEM · DEDIT
MATILICATES
HONORIS · VIRTVTISQVE · CAVSSA
ANNO · M · DCC · LXXXVIIII ·

CXXXIII. (Romae)

HONORI
MICHAELIS · GEORGI · PONIATOVVSKI
REGIS · STANISLAI · AVG · FRATRIS
ARCHIEP · GNESNENS · PRIMATIS · PRIMIQ · PRINCIPIS
REGNI · POLON · ET · DVCAT · MAGNI · LITVAN ·
PARENTIS · PATRIAE · ET · ECCLESIARVM
CVIVS · AVCTORITATE · INSTANTIAQVE
INGENIIS · HOMINVM · AD · REGIVM · EXEMPLAR · EXCVLTIS
LITTERISQ · AC · DISCIPLINIS · OPTIMIS
PER · AMPLISSIMAS · PROVINCIAS · FLORENTIBVS
DIGNITAS · REIPVBLICAE · ET · SACRI · ORDINIS · SPLENDOR
REVIXIT
POLONI · ROMAE · CONSISTENTES
ANNO · M · DCC · LXXXX ·
TANTI · HOSPITIS · ADVENTV
ET · PATROCINIO · LAETI
DICAVERVNT

CXXXIIII. (Firmi)

STEPHANO · BORGIA
CIVE · CLARISSIMO
QVEM · RELIGIO · DOCTRINA · BENIGNITAS
ALEXANDRO · ARCHIEP · PATRVO · OPTIMO
AEQVAVIT
A · D · N · PIO · VI · PONT · MAX ·
INTER · PATRES · CARDINALES · ADLECTO
ET · PATRONO · FIRMANIS · DATO
SENATVS
HONORIS · VIRTVTISQVE · CAVSSA
INSIGNIA · EIVS · IN · CVRIA · DEDICAVIT

CXXXV. (Camerini)

HONORI
BARNABAE · BELLI · V · C ·
ANTISTITIS · VRBANI · PRAEF · SEPTEMP · IVR · DIC ·
PRAESIDIS · ABSTINENTISSIMI · OMNIBVS · MVNERIBVS · SANCTE · PERFVNCTI
QVOD · PATRIAM · CARITATE · COMPLEXVS
IN · IVVENVM · NOBILIVM · COMMODA · OMNEM · SVBSTANTIAM · SVAM
CVRATORVM · CREANDORVM · IVRE · PENES · SPLENDIDISS · ORDINEM · CONSTITVTO
AD · REM · PVBLICAM · PERTINERE · TESTAMENTO · IVSSERIT
CAMERTES · PVBLICE
ANNO · M · DCC · LXXXVII ·

CXXXVI. (in agro Bergomat. sub imagine)

HOSPITI · MAGNO
IOAN · PAVLLO · DELFINO
PONT · BERGOMAT ·
CVIVS · LIBERALITATE · EX · ANNVO · REDITV · EIVS · DENARI · CIↃ
IN · CVLTVM · SANCTISSIMI · PATRIS
HIERONYMI · AEMILIANI
ADTRIBVTI · SVNT
FAMILIA · SOMASCORVM
ALVMNO · VETERI · ET · PATRONO

CXXXVII. (Taurini)

MEMORIAE
KAROLI · BALLARDI · ROCCAFRANCA · TAVRIN ·
ABBAE · STEPHAN · EPORED ·
PRAEP · COLLEGI · CANON · METROPOLIT ·
VICE · SACRA · ANTISTITIS · VRBANI
CVR · REI · BENEFICIARIAE
Θ · ANNO · M · DCC · LXXXVIII ·
QVEM · COMITAS · LIBERALITAS · IVSTITIA · LITTERAE
SVMMIS · VIRIS · AEQVARVNT
PRAEFECTI · NOSOCOMII · COMMVNI · CONSENSV
PON · CVRAVERE
ALTORI · EGENORVM
QVI · IN · AEGRAE · PLEBIS · COMMODA
TEST · LEGAVIT
SCVTAT · VIII · M · NVM ·



CXXXVIII. (prope Brixiam via Bergom.)

ANDREAE · ANT · F · ANDR · N · AMVLIO
PRAEF · PROV · PRAET · POT ·
QVO · AVCTORE · ATQVE · ADIVTORE
MVNIFICENTISSIMO
VIA · ISIACA · VETVSTATE · DILAPSA
ANNO · M · DCC · LXXXXIII ·
PER · VV · CC · HIER · FENAROLIVM
ET · CAESAREM · BARGNANVM
CVRATORES
OPERIBVS · AMPLIATIS · ET · SOLO · SVBACTO
AD · MILLIARIVM · XII ·
A · CAPITE · RESTITVTA · MVNITAQVE · EST
MVNICIPES · ISEI
DIGNITATE · ET · COMMODIS · AVCTI
PRAESIDI · OPTIMO

CXXXVIIII. (Marosticae)

HONORI
NATALIS · LASTESI
DOCTORIS · THEOLOGI
A · CONSILIIS · SENATVS
ORATORIS · LATINI
INGENIO · ET · ELOQVENTIA
CLARISSIMI
CVIVS · OPERA · VALETVDINARIVM
IN · PATRIA · PLEBI · CONSTITVTVM
ET · SACRARIVM · PVBLICVM
DONARIO · SPLENDIDISSIMO · AVCTVM · EST
MAROSTICANI
OB · MERITA · OPTIMI · CIVIS
IMAGINEM · EIVS · DEDICAVERVNT



CXXXX. (Bergomi)

HONORI · ET · VIRTVTI
IOSEPHI · PALLAVICINI · V · C ·
ADLECTI · INTER · PRIMORES · ITALICI · REGNI
TORQVATI · EQVITIS · A · COR · FERR ·
A · CONSILIS · NEGOTIOR · PVBL ·
PRAEFECTI · BERGOMATIVM
CVIVS · PRAECLARA · ADMINISTRATIONE · STVDIOQVE · PERPETVO
TVTA · RELIGIO · FVIT
PAX · CIVIVM · ET · TRANQVILLA · LIBERTAS · CONSTITVTA
VRBS · ET · PROVINCIA · OMNIS
VIARVM · MVNITIONIBVS · EXORNATA · CELEBRATAQVE · EST
NEOCORI · ALEXANDRIANI
AVCTORITATE · EIVS
AD · NOVI · OPERIS · MOLITIONEM · EXCITATI · ADIVTIQVE
DEDICAVERE

CXXXXI. (Brixiae)

HIERON · SILVIO · MARTINENGO · V · C ·
DIGNITATEM · ET · DECVS · CIVITATIS
INGENIO · DOCTRINA · VIRTVTE · BENEFICENTIA
SVSTINENTI · AMPLIFICANTI
CVRATORES · TEMPLO · PERFICIVNDO
OB · SVBITARIAM · IMMENSO · OPERI · PECVNIAM
ITERATA · LIBERALITATE · COLLATAM
DEDICAVERE
PRAESIDI · SVO · MVNIFICENTISSIMO

CXXXXII. (ibid.)

IOSEPHO · TORNIELLO · V · C ·
ADLECTO · INTER · PRIMORES · ITALICI · REGNI
TORQVATO · EQVITI · A · COR · FERR ·
IVDICI · DECVRIALI · CENTVRIAE · DIVITVM
A CONSILIS · NEGOTIOR · PVBL ·
PRAEFECTO · VRBIS
QVEM · PATRI · AVO · MAIORIBVS · SPECTATISSIMIS
VIRTVTE · PAREM
ET · OMNIBVS · HONORIBVS · ET · MVNERIBVS
EGREGIE · IN · PATRIA · FVNCTVM
NOVARIA · FELIX · BRIXIAE · DEDIT
VTI · IVSTITIA · EIVS · CONSTANTIA · PRVDENTIA
RELIGIO · BONAEQVE · ARTES · FLORERENT
COMMERCIA · ALERENTVR
PAX · CONCORDIA · DIGNITAS · CIVIVM
TVTA · ESSET
VICE · SACRA · FVNGENTES · PRAEFECTI
CONVENTVVM · TRIVM
CLARENSIS · SALODIENSIS · VEROLENSIS
PRAESIDI
ABSTINENTISSIMO · MVNIFICENTISSIMO
CLYPEVM · AVRO · INSIGNEM · DEDICAVERE

CXXXXIII. (Patavii)

HONORI
IOANNIS · SORGENLOCHI
GVTTEMBERGI
QVO · AVCTORE · ARS · NOVA · LIBRARIA
PRIMIS · EDVCTA · INCVNABVLIS
SCRIPTORVM · VETERVM · RELIQVIAS
ORBI · TERRARVM · SERVAVIT
RECENTIORVMQVE · OMNE · GENVS · VOLVMINA
FVTVRIS · DIFFVNDIT · AETATIBVS
NICOLAVS · BETTONIVS
TANTI · VIRI · INVENTORVM · SECTATOR
OB · MERITA · DEDICAVIT

CXXXXIIII. (Brixiae sub imagine)

V · C · FERRANTI · AVOGADRO · COMITI
VINDICI · CONSILI · PVBLICI
QVOD · ORDO · KARMELITARVM · VETERVM
ANNO · M · DCC · LXXXX ·
OB · INTERRVPTAM · MANTVANORVM · SOCIETATEM
IN · PATRIA · INTERITVRVS
OPERA · INSTANTIAQVE · EIVS
SODALITATI · VENETAE · ADCREVERIT
FRATRES · BRIXIAE · CONSISTENTES
STATORI · SVO

CXXXXV. (Romae ad Pantheon)

PETRO · METASTASIO
CIVI · ROMANO
PRINCIPI · ITALICI · DRAMATIS
IOANNES · MARIA · RIMINALDVS
FERRARIENSIS · PRESB · CARDINALIS
ANNO · M · DCC · LXXXVII ·
NE · VIRO · VBIQVE · GENTIVM · CLARISSIMO
HONOR · IN · PATRIA · DEESSET

CXXXXVI. (in finibus Bergomatium)

MEMORIAE · ET · PIETATI
SACERDOTIS · INTEGERRIMI · RELIGIOSISSIMI
ALOISI · BELOTTI · CONDITORIS
CVIVS · LIBERALITATE
PRIVA · DOMVS · ET · OMNIS · SVBSTANTIA · EIVS
IN · SVBSIDIVM · AEGROTANTIS · PLEBIS
GRVMELLENSIVM · MONTANOR · ET · TALIVNENSIVM
CESSERE
CVRATORES · OPERI · PERFICIVNDO · AB · EO · DESIGNATI
OB · MERITA · DEDICAVERE

CXXXXVII. (Brixiae)

LVDOVICO · DVSINIO
ARCHIATRO
CVRATORI · NOSOCOMII · PVBLICI · SVMPTIBVS · COERCENDIS
CVIVS · SOLLERTIAM · CONSILIVMQVE
PATRIA · SENSIT
CIVES · SVSPEXERVNT
COLLEGIVM · LYCEI · BRIXIANI
ANNO · M · DCCC · VI ·
DOCTORI · DECVRIALI
OPTIME · DE · SE · MERITO
OMNIBVSQVE · MVNERIBVS · INTEGRE
FVNCTO

CXXXXVIII. (in finib. Brix.)

HONORI
HLVDOVICI · BERLENDIS
CIVIS · BOVENIENSIS
RECTORIS · ECCLESIAE · N ·
OPTIMI · MVNIFICENTISSIMI
ANNO · M · DCCC · VIII ·
EX · COLLATIONE
ROSSIORVM · FRATRVM · ET · PAGI · VNIVERSI

CXXXXVIIII. (Brixiae)

ASCANIO · PORCARIO
EX · SPLENDIDISS · ORDINE
MEDIOLANENSIVM
PRAEPOSITO · VECTIGALIVM
SVB · VTROQVE · IMPERIO
HONORIBVS · NAVITER · INTEGREQ ·
PERFVNCTO
DECVRIA · PVBLICANORVM · BRIXIAE · CONSISTENTIVM
CONSERVATA · ET · AVCTA
OFFICIS
ET · AVCTORITATE · EIVS
PATRONO · MERENTI
AN · $\overline{\text{M}}$ · $\overline{\text{DCCC}}$ · $\overline{\text{V}}$ ·

CL. (Palosci)

M · PVBLIO · FONTANAE
AB · ANNO · $\overline{\text{M}}$ · $\overline{\text{D}}$ · $\overline{\text{LXVII}}$ ·
RECTORI
ECCLESIAE · PALOSCENSIS
QVEM · LATINAE · FACVNDIAE · LAVDE
ET · MVLTARVM · LITTERARVM · GLORIA
FLORENTEM
SVMMA · HVMANITAS
ET · ANIMORVM · IVVANDORVM
PERPETVVM · STVDIVM
INSIGNI · OMNIVM · CONSENSV
COMMENDARVNT
FAVSTINVS · NARCISIVS · ARCHIPRESB ·
CIVI · CLARISSIMO
ET · FAMAM · PERENNEM · MERITO

CLI· (in villa agri Clarensis)

HLVDOVICO
BALTHASS · F · BIGONIO
POETAE · ORATORI
INTERPRETI · LEGVM · MVNICIPALIVM
CVIVS · LITTERIS · VIRTVTE · EXEMPLIS
ORNATA · DOMVS · ET · PATRIA · EST
IOANNES · BALTHASS · F ·
BALTHASS · N ·
PATRVO · SVAVISSIMO
HONORIS · PIETATISQVE · CAVSSA

CLII· (Claris in arcu)

MAGNIS · IMPERATORIBVS · CLARISSIMISQVE · REGIBVS
ΦΙΛΟΒRITANNIS
SANCTISSIMO · FOEDERE · CONSOCIATIS
QVORVM · VIRTVTE
ANTISTES · SACRORVM · MAXIMVS
INSIGNI · REDITV · IN · HONORIS · SVI · SEDEM · DEDVCTVS
GALLIA · TYRANNIDIS · VESTIGIS · DELETIS · SERVATA
PAX · EVROPAE · VNIVERSAE · PARTA · EST
ORDO · ET · POPVLVS · CLARENSIS
DEDICAVERE
TVTORIBVS · CATHOLICAE · LIBERTATIS

CLIII· (Cremae)

D · N · IMP · CAES · FRANCISCO · AVG ·
QVOD · IVDICIO · ADLOQVIOQVE
OPTIMI · PRINCIPIS
MVSEO · TADINIANO · DIAETARVM · DECEM
SVMMAE · DIGNITATIS · SPLENDOR · ACCESSERIT
ALOISIVS · TADINIVS · COMES
TVTORI · ARTIVM · BONARVM
DEDICAVI

CLIIII. (Mediolani)

KAROLO · IOS · ANTONI · F · MAROCCO
I · C · CLARISSIMO · PATRONORVM
CVIVS · VIRTVTI · ET · ELOQVENTIAE
IOSEPHVS · TELLARINIVS
VIR · PATRICIVS · FOROLIVIEN ·
HOC · DEBET
QVOD · PRINAE · MAGISTRI · PVBLICANOR · INIVRIA
AD · INCITAS · CVM · FAMILIA · REDACTVS
ET · OMNI · ALIORVM · PATROCINIO · DESTITVTVS
ALTOREM · INOPIAE · SVAE · INVENERIT
INQVE · PRISTINVM · STATVM
INCOLVMI · PER · EVM · HONORE · REDIERIT
TELLARINI · FRATRES
IOSEPHVS · ET · FELIX · ET · LVCAS
IN · MEMORIAM · TANTI · BENEFICI
DEDICAVERE



CLV. (Romae)

PIO · VII · PONTIFICI · MAXIMO
PARENTI · OPTIMO · INDVLGENTISSIMO
SOCIETAS · IESV
POST · DIVTVRNAS · CLADES · IN · PRISTINAM · DIGNITATEM
NVTV · EIVS · RESTITVTA
AD · MEMORIAM · TANTAE · BENEFICENTIAE
DEDICAVIT
PRID · KAL · DEC · AN · M · DCCC · XIIII ·
QVO · ILLE · DIE
NOVOS · IGNATI · CONDITORIS · ALVMNOS
AVSPEX · FAVSTITATIS · INVISIT
ET · MAIORVM · EXEMPLA · REFERRE · IVSSIT

CLVI. (Claris)

MEMORIAE
FRANCISCI · BVSONI · DOMO · CARMAGNOLA
MILITARIVM · EXPEDITIONVM · GLORIA
PRAESTANTIS
QVEM · CLARENSES · AB · ANNO · M · CCCC · XXVII ·
COMITEM · HABVERE
VENETIQVE · PROCERES · VISCONTIORVM · IMPERIO · POSTHABITO
DVCTOREM · ORDINVM
SIBI · LEGERVNT
CONSILIO · ARMIS · IMMOBILI · FIDE
PRO · RE · PVBLICA · BELLIGERANTEM

CLVII. (Mediolani)

HONORI · ET · VIRTVTI
THERESIAE · ANT · MARIS · PIROVANI · F · MAROCCAE
MATRONAE · SPLENDIDISSIMAE
ET · SVMMA · EGREGI · ANIMI · INDVLGENTIA
EXORNATAE
IOSEPHVS · TELLARINIVS
VIR · PATRICIVS · FOROLIVIEN ·
QVOD · AVXILIO · CONSILIOQVE · EIVS
IN · DESPERATISSIMIS · REBVS
INVICTVS · AC · RECREATVS · REVIXERIT

CLVIII. (Brixiae)

HONORI
FRANCISCI · IOS · F · CANEPARI
VIRI · RELIGIOSISSIMI
QVOD · INOPIAE · MISERORVM · ET · IMBECILLITATI · LANGVENTIVM · PROPITIVS
AEDIBVS · HOSPITALIBVS · SPLENDIDO · PATRIMONIO · DITATIS
MAGNVM · POSTERIS · CARITATIS · CHRISTIANAE · EXEMPLVM
RELIQVERIT
VII · VIRI · CVRATORES · REI · FAMILIARIS
OB · INSIGNIA · MERITA · EIVS

CLVIIII. (Palosci sub effigie)

MEMORIAE · IMMORTALI
PII · VII · PONTIFICIS · MAXIMI
AEVO · INFAVSTO
IN · EXEMPLVM · POSTERITATIS
VIRTVTVM · MAXIMARVM · SPLENDORE · FVLGENTIS
QVEM · CAELESTIVM · DONORVM · AVCTOR · DEVS
RVENTI · AD · INTERITVM · ORBI · RECTOREM
ECCLESIAEQVE · PERICLITANTI · CVSTODEM · DEDIT
FAVSTINVS · NARCISIVS · ARCHIPR ·
PARENTEM · PVBLICVM · INGENTI · STVDIO · VENERATVS
EFFIGIEM · EIVS · ICONICAM · SACRAVIT
TESTEM · RELIGIONIS · OBSEQVIIQVE · SVI

CLX. (Sarnici)

PETRO · ANTONIO · PARIGIO
MAGISTRATV · IN · ANNVM · SEPTIMVM
EGREGIE · FVNGENTI
QVO · AVCTORE · MVNICIPIVM · SPLENDIDIORE · CVLTV · EXORNATVM
VIAE · QVAQVAVERSVS · MVNITAE
RIPA · SABINI · LACVS · NOVA · MOLITIONE · FIRMATA
AMPLIATVM · FORVM
CVRIA · RESTITVTA
FINITIMORVM · EXTREMA · PONTE · CONIVNCTA
AEDES · IVVENTVTI · INSTITVENDAE
LEGIBVS · DICTIS · REFECTAE · AVCTAE
FAMILIAE · AD · CONCORDIAM · RECREATAE
IVRA · CVIQVE · SVA · CONSERVATA
SARNICENSES · CIVI · MAGNO · PROVIDENTISSIMO
HONORIS · VIRTVTISQVE · CAVSSA · DEDICAVERE

CLXI. (Palosci sub effigie)

HONORI · ET · VIRTVTI
GABRII · MARIAE · NAVAE · PONTIF · N ·
ECCLESIAE · BRIXIANAE
DIFFICILLIMIS · TEMPORIBVS · DIVINITVS · DATI
STVDIORVM · OPTIMORVM · ET · AVITAE · DOCTRINAE
TVTORIS · AC · VINDICIS
RERVMQVE · GESTARVM · RECTEFACTIS
AMOREM · OMNIVM · IN · DIES · PROMERENTIS
CVI · VIGIL · CVRA · ET · EXANTLATI · LABORES
MAIORA · MEDITANTI
NVNQVAM · ANIMVM · AVT · VIRES · ADEMERE
FAVSTINVS · NARCISIVS · ARCHIPR ·
SOLLERTIAM · EIVS · PIETATEM · MVNIFICENTIAM
MEMORI · MENTE · REVERITVS
IMAGINEM · PATRIS · OPTIMI · DEDICAVIT
PIGNVS · IDEM · ET · SOLAMEN · ABSENTIVM

CLXII. (Venetiis)

D · N · IMP · FRANCISCO · P · F · AVG ·
QVOD · PROVIDENTIA · ET · LIBERALITATE · EIVS
DOMICILIO · VETERI · MVRIANENSI · POSTHABITO
AEDES · AMPLISSIMAE · AD · SOMASCAM
KLERICORVM · VENETOR · INSTITVTIONI · ADDICTAE · SINT
AD · EORVMDEM · CONGRESSVM · SOLATIVMQVE · NOVA · MOLITIONE
PROLATI · FINES
AVCTA · ITEM · LIBRORVM · COPIA · ORNATIQVE · PICTIS · TABVLIS · PARIETES
DITATAE · REDITIBVS · AD · MAGISTRORVM · SPLENDOREM · SCHOLAE
OMNIA · DEMVM · AD · SVMMAM · DIGNITATEM
ADCREVERINT
CVRATORIBVS · TANTI · OPERIS
PETRO · GOESSIO · PRAEPOSITO · VENETIAE
MODESTO · FARINA · A · CONSILIIS · AVGVSTI
FRANCISCVS · MARIA · MILESIVS · PATRIARCHA
PRINCIPI · OPTIMO · INDVLGENTISSIMO
ANN · M · DCCC · XVIII ·

CLXIII. (Novicom.)

HONORI · ET · VIRTVTI
KAROLI · ROVELLI · E · FAMIL · DOMINICIANA
PONTIFICIS · NOSTRI
DIGNITATIS · PVBLICAE · STVDIOSISSIMI
QVOD · DE · PARSIMONIAE · LAVDE · OPES · NACTVS
APTAM · STABILEMQVE · ELECTIS · ALVMNIS · DOMVM
PRIMVS · CONSTITVERIT
IDEMQVE · KLERO · POPVLOQ · SVO
EXEMPLAR · SE · PERPETVVM · DOCTRINAE · ET · PIETATIS
TRANSMISERIT
ECCLESIA · VNIVERSA
MEMOR · PARENTIS · OPTIMI · BENEFICENTISSIMI

CLXIIII. (in finib. Brix.)

PETRO · IACOBO · IOAN · F · SOARDIO
COMITI · SPLENDIDISSIMI · ORDINIS
CVIVS · IMPENSA · CVRIALE · TEMPLVM
INCOHATVM · MAGNAQVE · EX · PARTE
PERFECTVM · EST
COLONIENSES · DEDICAVERE
AVSPICI · MVNIFICENTISSIMO

CLXV. (Regii Lepidi)

MAGNO · PRINCIPI · DOMVS · AVSTRIACAE
RESTITVTORI · ATESTINAE · PROSAPIAE
D · N · FRANCISCO · PIO · FELICI
SOCIETAS · IESV · IN · AVITAS · SEDES
AMPLISSIMVMQVE · PATRIMONIVM
INDVLGENTIA · ET · LIBERALITATE · EIVS
PRIMITVS · PER · AEMILIAM · RECEPTA
FAVSTIS · OMINIBVS · DEDICAVIT
PR · ID · NOV · AN · M · DCCC · XV ·
PARENTI · ET · VINDICI · PROVIDENTISSIMO

CAPVT III.

EPITAPHIA

§ I.

EPITAPHIA VIRORVM

CLXVI. (Tusculi)

HEIC · SITVS · EST
KAROLVS · ODOARDVS
CVI · PATER
IACOBVS · III ·
REX · ANGLIAE · SCOTIAE · FRANCIAE · HIBERNIAE
PRIMVS · NATORVM
PATERNI · IVRIS · ET · REGIAE · DIGNITATIS
SVCCESSOR · ET · HERES
QVI · DOMICILIO · SIBI · ROMAE · DELECTO
COMES · ALBANYENSIS · DICTVS · EST
VIXIT · ANNOS · LXVII · ET · MENSEM
DECESSIT · IN · PACE · ☧
PRIDIE · KAL · FEBR · ANNO · M · DCC · LXXXVIII ·
HENRICVS · CARD · EPISC · TVSCVLAN ·
CVI · FRATERNA · IVRA · TITVLIQVE · CESSERE
DVCIS · EBORACENSIS · APPELLATIONE · RESVMPTA
IN · IPSO · LVCTV · AMORI · ET · REVERENTIAE · OBSEQVVTVS
INDICTO · IN · TEMPLVM · SVVM · FVNERE
MVLTIS · CVM · LACRIMIS · PRAESENS · IVSTA · PERSOLVIT
FRATRI · AVGVSTISSIMO
HONOREMQVE · SEPVLCRI · AMPLIOREM
DESTINAVIT

CLXVII. (Romae)

HEIC · SITVS · EST
BONIFACIVS · ANT · F · BEVILACQVA
QVI · ET · ALDOBRANDINVS
DOMO · FERRARIA
PATRICIA · NOBILITATE
VIR · ELEGANS · MVNIFICVS · FAVTOR · LITTERATORVM
QVEM · CLEMENS · VIII · PONT · MAX ·
MVLTIS · IN · VRBE · FORISQVE · PRAEFECTVRIS
E · RE · PVBLICA · GESTIS · CLARISSIMVM
IN · IPSO · FLORE · AETATIS
PATRIARCHAM · CONSTANTINOPOL · DIXIT
ET · INTER · PATRES · CARDINALES · ADLEGIT
VIXIT · ANNOS · P · M · LVII ·
PONTIFICATIBVS · GRADATIM · TRIBVS
CERVIENSI · SABINO · TVSCVLANO
SANCTE · PERFVNCTVS
DECESSIT · VIII · EID · APR · AN · M · DC · XXVII ·
IN · PACE · ☧
IOANNES · MARIA · RIMINALDVS · V · C ·
SENIOR · SACRI · CONSILI · XII · VIR · LIT · IVD ·
SEPVLCRVM · OPTIMI · CIVIS
NEGLECTVM · IAMDIV · ET · OBSCVRVM
NE · DIVTIVS · TITVLO · CARERET · INGLORIVS
QVI · ET · ALIENIS · MONVMENTA · VIVENS · FECERAT
POST · ANNVM · C · LVII ·
SVA · IMPENSA
RESTITVENDVM · ORNANDVMQVE
CVRAVIT

CLXVIII. (Romae)

MEMORIAE
ALEXANDRI · HOR · F · ALBANI
PROTODIAC · CARDINALIS
BIBLIOTHECARI · S · E · R ·
LEGATI · AVG · CVM · LIB · MAND ·
PATRONI · REGNOR · ET · PROV ·
DOMVS · AVGVSTAE
ITEM · GERMANIAE · VNIVERSAE
PATRONI · SARDINIAE · ET · ALP · TAVRIN ·
VIRI · ANTIQVAE · VIRTVTIS
QVI · VRBIS . DIGNITATEM · ARTIVM · STVDIA
INDVSTRIAM · CIVIVM
VNVS · MAXIME · AVXIT
ET · OMNIVM · ORDINVM · AMOREM
BENEFACTIS · PROMERVIT
VIX · ANN · LXXXVII · M · I · D · XXVII ·
RELIGIONE · CONSILIO
MVNIFICENTIA
LAVDEM · OMNEM · SVPERGRESSVS
DEC · III · ID · DECEMBR · AN · M · DCC · LXXVIIII ·
ET · IDIBVS · IN · FAM · MONVM · ILLATVS · EST
HORATIVS · KAR · F · ALBANVS · PRINC · SORIAN ·
ADLECTVS · INTER · PRIMORES · S · I · R ·
TITVLVM · POSVIT
PATRVO · CLARISSIMO · B · M ·

CLXVIIII. (ibid. in templo Lateran.)

KAROLO · AVR · F · REZZONICO
QVEM · PATRVVS · OPTIMVS · CLEMENS · XIII · PONT · MAX ·
IN·IVVENTVTE·EMERITVM·BONIS·PLAVDENTIBVS·INTER·PATRES·CARDINALES·ADLEGIT
PONT·PORTVENSI·ARCHIPRESB·LATERANENSI·PRAEF·DECVRIAE·CVRATOR·VRB·ET·VECTIGAL·
SVMMIS·QVIBVSQ·MVNERIBVS·ET·HONORIBVS·SANCTE·ET·IN·EXEMPLVM·PERFVNCTO
ABVNDIVS · FRATER · SENATOR · VRBIS · ANNO · M · DCCC · II ·
CVM · LACR · POS · ALTORI · PLEBIS · MAGISTRO · PIETATIS · VINDICI · RELIGIONIS
VALE · MI · FRATER · AMORE · PARENS · ET · SVPERSTITIS · MEMOR · ESTO

CLXX. (Romae)

IOANNI · BAPTISTAE · REZZONICO
CLEMENTIS · XIII · P · M · FRATRIS · FILIO
D · N · PII · VI · P · M · SVMMO · SCRINIARIO · A · LIBELLIS
MAGISTRO · PRIORI · VRBANO · ORDINIS · HIEROSOLYMARI
QVEM · INGENIO · COMITATE · MVNIFICENTIA
SVMMVM · FVISSE · OMNES · CONSENTIVNT
VIX · ANNOS · XXXXIII · TANTVM
ANIMO · INVICTO · PIETATE · PARI
DECESSIT · XII · KAL · AVG · ANNO · M · DCC · LXXXIII ·
KAROLVS · CARD · PRAEF · DEC · CVR · VRB · ET · VECTIG ·
LVDOVICVS · VEXILLARIVS · S · E · R ·
ABVNDIVS · SENATOR · VRBIS
FRATRI · CARISSIMO · CONCORDISSIMO
MONVMENTVM · FACIVNDVM · CVR · IN · AEDE
CVI · LIBENS · PRAEFVIT · ANNOS · XIII ·
SINE · QVERELA

CLXXI. (ibid.)

A ☧ Ω
HEIC · SITVS · EST
BERNARDINVS · PETRI · COM · F · GIRAVDVS
XII · VIR · LIT · IVD ·
APOCRISIARIVS · APVD · REGEM · GALLIAR ·
PRESBYTER · CARDINALIS · TITVLO · TRINIT · AVG · AD · PINCIVM
ARCHIEPISC · FERRAR ·
IVDEX · SACRARVM · COGNITIONVM
OMNIBVS · HONORIBVS · NITIDE · FVNCTVS
VIX · ANN · LXI · M · II · D · VIIII ·
DECESSIT · III · NON · MAIAS · AN · M · DCC · LXXXII ·
CVI · MONVMENTVM · FACTVM · EST
IVSSV
D · N · PII · VI · PONT · MAX ·
QVEM · IN · SVBSIDIVM · EGENORVM
HEREDEM · EX · TESTAMENTO · RELIQVIT

CLXXII. (Romae)

QVIETI · ET · MEMORIAE
ANTON · EVGENI · VISCONTI · V · E ·
DOMO · MEDIOLANO
LEGATIONIBVS · POLONICA · ET · AVSTRIACA
SANCTE · PERFVNCTI
PRESBYTERI · CARDINALIS
TITVLO · SESSORIANO
QVEM · DOLI · NESCIVM · VITAE · INTEGRVM
RELIGIO · ATQVE · INNOCENTIA
COMPOSVERVNT
VIXIT · ANN · LXXIIII · M · II · D · VIII ·
FAMILIA · HERES
DOMINO · BENE · MERENTI
FECIT



CLXXIII. (Senis)

ALFONSVS · IOAN · F · MARSILIVS
ARCHIEPISC · SENENSIVM · DECIMVS · SEXTVS
VIR · SVMMI · CONSILI · ET · MAXIMI · ANIMI
QVEM · OMNES · BONI · TERTIO · HONORIS · SVI · ANNO · PRAEREPTVM · LVXERVNT
VIX · ANN · LIIII · M · II · D · XVIIII · IN · SOC · IES · DVM · EA · STETIT
IN · PATRIA · DEINCEPS
DOCTRINA · INTEGRITATE · HVMANITATE · DE · SODALIBVS · DE · CIVIBVS
OPTIME · MERITVS
DEC · X · KAL · IAN · ANNO · M · DCC · LXXXXIIII · IN · PACE · ☧
ANNA · PIERIA · BRIGNOLA · SORORIS · FILIA
AVVNCVLO · SANCTISSIMO · CVM · LACRIMIS · P ·
CVI · MONVMENTVM · CESSIT
QVOD · PIVS · III · P · M · APVD · SVOS · ARCHIEPISCOPVS
FECERAT · SIBI

CLXXIII. (Romae)

HEIC · APVD · MAIORES · SVOS · SITVS · EST
PASCHALIS · AQVAVIVA · ARAGONIVS
DIACONVS · CARDINALIS · SANCTI · EVSTACHII
QVI · ET · PROLEG · AVENION ·
PRAEF · CLASS · ET · ORAE · MARIT · PRAEF · ARCIS · VRB ·
PRAESES · PROV · VRBINATIVM
DIGNITATEM · PVBLICAM · SVMMA · VITAE · INTEGRITATE · ET · CONTINENTIA
SVSTINVIT
PIVS · VIX · ANN · LXVIIII · PVRPVRA · VSVS · ANN · XV ·
DECESS · PR · KAL · MART · ANNO · M · DCC · LXXXVIII ·
KAROLVS · MARCHIO · TRIPVT ·
ET · FRATRIS · EIVS · MAIORIS · FILII
COMIT · CVPERSAN · DVC · NERITON ·
FECERVNT
FRATRI · ET · PATRVO · B · M ·
IN · PACE · ☧

CLXXV. (Perusiae)

QVIETI · ET · MEMORIAE
IOANNIS · MARIAE · RIMINALDI · V · C ·
PRESB · CARDINALIS
ANNORVM · LXXI ·
PEREGRE · DEFVNCTI · PERVSIAE
IIII · IDVS · OCT · ANNO · M · DCC · LXXXVIIII ·
QVI · LITTERATORVM · FAVTOR
ET · EXORNATOR
MAGNVS · IPSE · IVRIS · CONSVLTVS · FVIT
DEQVE · FERRARIA · PATRIA
ET · LYCEO · EIVS
OPTIME · MERITVS · EST
HEREDES · ET · CVRATORES
EX · TEST ·
FAC · CVR ·

CLXXVI. (Romae)



HEIC · APVD · MAIORES · SVOS
SITVS · EST
IGNATIVS · CAIETANI · F · BONCOMPAGNIVS · LVDOVISIVS
PROTODIAC · CARDINALIS
PROLEG · PROV · BONON · ANNOS · VIII ·
ITEM · CVRATOR · AQVAR · ET · AGGER · PVBLICOR ·
ANNOS · XXII ·
LEGATVS · PROVINC · EIVSDEM
ANNOS · VII ·
QVEM · PIVS · VI · PONT · MAX ·
FLORENTEM · AETATE · ATQVE · HONORIBVS
VRBI · REDDITVM
NEGOTIIS · PVBLICIS · PRAEFECIT
VIXIT · ANNOS · XXXXVII · TANTVM
POPVLARI · STVDIO · SAPIENTVM · CONSVETVDINE
GRATIA · ET · HOSPITIIS · PRINCIPVM · MAXIMORVM
DOMI · FORISQVE · ILLVSTRIS
INGENIO · IDEM · LINGVARVM · COGNITIONE
DOCTRINA · RERVM · MAGNANIMITATE · FIDE
SVMMAM · ADEPTVS · LAVDEM
DECESSIT · AD · BALNEA · LVCENSIA
ANIMO · INVICTO · ET · PIO
V · IDVS · AVG · AN · M · DCC · LXXXX ·
ABVNDIVS · REZZONICVS · SENATOR · VRBIS
FVNERE · INSTAVRATO · POSVIT
AMICO · VETERI · ET · LEVIRO · SVAVISSIMO
CVIVS · CORPVS · TRANSLATVM · EST
IIII · KAL · FEBR · AN · M · DCC · LXXXXI ·

CLXXVII. (Brixiae in Basil. nova)

A ☧ Ω

MONVMENTVM
IOANNIS · NANI · EPISCOPI · N ·
PER · ANNOS · XXXII ·
CVIVS · RELIGIO · PARI · PIETATE · PERPETVA
VITAE · INTEGERRIMAE · COMES · FVIT
MAGNITVDO · ANIMI · CONSTANTIA · ABSTINENTIA
IN · ADVERSIS · MAXIME · ENITVERVNT
VIX · ANN · P · M · LXXVII ·
ECCLESIAE · NOSTRAE · QVAM · TORCELLANAE
IVSSVS · PRAETVLIT
MANSVETVDINE · LIBERALITATE · PROVIDENTIA
IN · VLTIMVM · DIEM · VENERABILIS
IDEMQVE · CLARISSIMO · GENERI · SVO
ET · VENETO · NOMINI · NVLLA · LAVDE · IMPAR
DECESS · X · KAL · NOV · AN · M · DCCC · IIII ·
SVMMVM · COLLEGIVM · CANONICOR · BRIX ·
STVDIO · CONSENSVQVE
VICARIA · POTESTATE · FVNGENTIS
ANTISTITI · SANCTISSIMO · ET · DESIDERATISS ·
POSVERE

CLXXVIII. (Ferrariae)

☧

HEIC · SITVS · EST
ALFONSVS · VARANVS
AB · DYNASTIS · CAMERTIVM · PROGNATVS
CVIVS · PIETAS · ET · DOCTRINA · CLARITATEM · MAIORVM
SVPERGRESSA · EST
VIXIT · ANNOS · LXXX ·
DECESSIT · ANNO · M · DCC · LXXXVIII ·
RODVLFVS · VARANVS · HERES
GENTILI · SVO
EX · TESTAM · FECIT

CLXXVIIII. (Vicetiae)

QVIETI · ET · MEMORIAE
M · PETRI · AVG · PETRI · F · ZAGVRI · V · C ·
DOMO · VENETIIS
POST · PONTIFICATVM · CENETENSEM
PONTIFICIS · ECCLESIAE · VICETINAE
ANN · XXIIII ·
QVEM · RELIGIONIS · STVDIO · CONSILI · COPIA · ELOQVENTIAE · LAVDE
PRAESTANTEM
QVOTIDIANA · IN · EGENTES · BENEFICENTIA
IN · SVMMVM · SANCTIMONIAE · FASTIGIVM · EVEXIT
PIVS · VIXIT · ANN · LXXII · M · III · D · VI ·
DECESSIT · PR · IDVS · SEPT · AN · M · DCCC · X ·
OMNI · SVBSTANTIA · SVA · MENSAE · PVBLICAE
IN · SOLATIVM · MISERORVM · PERPETVVM
TRANSMISSA
CIVITAS · VNIVERSA · MONVMENTVM
CVM · LACRIMIS · POSVIT
PARENTI · PVBLICO



CLXXX. (Claris)

HEIC · APVD · MAIORES · SVOS · SITVS · EST
IOANNES · BALTH · F · BIGONIVS
SODALIS · ARVALIVM · BRIX ·
VIR · MVLTARVM · LITTERARVM
ET · INGENI · EXCELLENTIS
QVI · VITAM · RVSTICAM · PATER · FAMILIAS
SIC · ADAMAVIT
VT · NEC · SVIS · NEC · PATRIAE · DEESSET
VIX · ANN · LIII · M · IIII · D · XVII ·
AMATOR · IVSTITIAE · CVLTOR · RELIGIONIS
DEC · III · IDVS · IVL · AN · M · DCCC · VIII ·
PAVLLVS · BAPT · F · PATRVO · B · M ·
CVM · LACR · POSVIT

CLXXXI. (Romae in Basilica Paulli)

MEMORIAE
PETRI · ALOISI · CONSTANTINI · F · GALLETTI
EX · FAMILIA · BENEDICT · CASSIN ·
VIRI · RELIGIOSISSIMI · SOLLERTISSIMI
VIRTVTE · ET · SCRIPTIS
PONTIFICVM · MAXIMORVM · BENEFICIA
PROMERITI
QVEM · BENEDICTVS · XIIII · INTER · SCRIPTORES · VATICANOS
ADLEGIT
CLEMENS · XIII · ABBATEM · DIXIT
PIVS · VI · EPISCOPVM · CYRENENSEM
FECIT · ET · CONSECRAVIT
ALEXANDER · ET · MARIANNA
COMITES
FRATRI · CARISSIMO · B · M ·
AD · VOTVM · EIVS · INTER · SODALES · VETERES
COMPOSITO
FAC · CVR ·
QVI · VIX · ANN · P · M · LXVIII ·
DECESSIT · IDIBVS · DECEMBR · ANNO · M · DCC · LXXXX ·

CLXXXII. (Aesii)

☧ QVIETI · ET · MEMORIAE ☧
IOSEPHI · BERNARDINI · F · HONORATI · MARCHI ·
PATRICIA · NOBILITATE
QVI · PIVS · VIXIT · ANNOS · LXXVII · D · LIII ·
DECESSIT · XI · KAL · SEPTEMBR ·
ANNO · M · DCC · LXVIIII ·
ANTONIVS · MARIA · IN · SACRARIO · GENTIS · SVAE
FECIT · PATRI · OPTIMO · INDVLGENTISSIMO
CVIVS · MVNIFICENTIA
ALTARE · RESTITVTVM · ET · OMNI · CVLTV
EXORNATVM · EST

CLXXXIII. (Mediolani)

HEIC · EST · POSITVS · IN · PACE · ☧
ANTONIVS · LIVI · F · ODESCALCHIVS
DOMO · ROMA
PONTIFEX · AESINATIVM
QVEM · PIVS · VI · P · M · AD · FLORENTINOS · LEGAVIT
PIVS · VII · SIBI · MAGISTRVM · ADMISSIONIS · ADSCIVIT
BONI · OMNES · HONORIBVS · ET · MVNERIBVS
SANCTE · PERFVNCTVM · TESTATI · SVNT
DECESSIT · PEREGRE · PLACIDISSIMO · EXITV
XI · KAL · AVG · AN · M · DCCC · XII ·
QVVM · ANNVM · AGERET · XXXXVIIII · M · IIII · D · VII ·
DOCTRINAE · LAVDE · ET · VITAE · INNOCENTIA
ATQVE · OPVM · CONTEMPTV · CONSTANTIAQVE · ANIMI
CLARISSIMORVM · MAIORVM · DIGNITATEM
AB · ADOLESCENTIA · AEMVLATVS
HVIC · PROCERES · MEDIOLANENSES · VIRTVTIS · ERGO
FVNVS · ET · MONVM · FAC · CVR ·



CLXXXIIII. (Spoleti)

OSSA · HEIC · SITA · SVNT
IOAN · BAPTISTAE · PIANCIANI
COMITIS
QVI · VIX · ANN · LXXX · M · V · D · X ·
DECESSIT · KAL · APRIL · AN · M · DCC · LXXXIII ·
CIVIS · HOSPESVE · DICITO
TE · IN · PACE · ☧
ALEXANDER · FILIVS · PATRI · CARISSIMO
DE · VIRTVTE · EIVS · SILERE · TESTAMENTO · IVSSVS
PRO · AMPLIORI · TITVLO
LACRIMAS · DEDIT

CLXXXV. (Romae)

QVIETI · ET · MEMORIAE
DOMINICI · GEORG · F · NARDINI
DOMO · VICO · IN · HERNICIS
CIVIS · ROMANI
ADSCITI · IN · SPLENDIDISS · ORDINEM · ANAGN ·
SACRI · CIVILISQVE · IVRIS · CONSVLTI
CANONICI · LATERAN · IVDICIS · LIBROR · NOTAND ·
ADLECTI · INTER · ANTISTITES · DOMVS · PONTIF ·
ET . IN · CONSILIVM · PRINCIPIS · AD · CAVSSAS · RER · IVDICAT ·
DIRIMENDAS
DECVRIALIS · CVBICVLARI · D · N · PII · VI · PONT · MAX ·
COMITIS · EIVS · ITINERE · GERMANICO
ITEM · PROCVR · PATRIMONI · ET · SCRIBAE
AB · EPISTVLIS · LATINIS
VIRI · OPTIMI · PIENTISSIMI
IN · QVO · FIDES · IMMOBILIS · BENIGNITAS · PERPETVA
INGENIVM · ET · DOCTRINA · SVMMA · FVERVNT
MODESTIA · PARI
PROSPER · NARDINVS · FRATRI · CARISSIMO
BENE · MERENTI · FECIT
QVI · VIXIT · ANN · LIII · M · IIII · D · XXII ·
DECESSIT · V · NON · IVL · AN · M · DCC · LXXXIIII ·
IN · PACE · ☧

CLXXXVI. (Romae)

QVIETI
KAROLI · MARCHIONNI
STATVARI · ARCHITECTI
PHILIPPVS · F · IDEM · ARCHIT ·
PATRI · BENE · MERENTI
FECIT
QVI · VIX · ANN · LXXXIIII ·
DECESSIT · IN · PACE
III · NON · AVG ·
ANNO · M · DCC · LXXXV ·

CCXXXVII· (Romae)



HEIC · SITVS · EST
DOMINICVS · KAR · F · SAMPIERIVS
DOMO · BONONIA
PATRICIA · NOBILITATE
CANON · VATIC ·
XII · VIR · SACRI · CONSILI · SVMPT · PVBL · MINVEND ·
ADVOCATVS · BONONIENSIVM · AD · CONSISTOR ·
QVAESITOR · DE · HONORIBVS · CAELESTIVM
IVDEX · EPISCOPIS · PROBANDIS
IVDEX · LIBRORVM · NOTANDORVM
ADLECTVS · IN · CONSILIVM · PRINCIPIS
AD · CAVSSAS · RER · IVDICAT · DIRIMENDAS
PRAEPOSITVS · LIBELLIS · POENITENTIVM · RECOGNOSCENDIS
SVMMVS · MAGISTER · COLLEGI · S · SPIRITVS
OMNIBVS · MVNERIBVS · ET · HONORIBVS
SANCTE · ATQVE · IN · EXEMPLVM · PERFVNCTVS
VIXIT · ANNOS · XXXXIIII · M · X · D · VII ·
DECESSIT · IIII · NON · IAN ·
ANNO · M · DCC · LXXXIIII ·
VIRTVTE · BENEVOLENTIAM · DOCTRINA · LAVDEM
ADEPTVS · MAXIMAM
MARIA · COLONNA · SAMPIERIA
FILIO · REVERENTISSIMO
IOAN · BAPTISTA · ET · ANTONIVS
FRATRI · OPTIMO
CVM · LACRIMIS · POSVERVNT
AVE · IN · PACE

CLXXXVIII. (Romae)

QVIETI · ET · MEMORIAE
IOSEPHI · MAROTTI · V · C ·
DOMO · COSIS
MAGNA · LATINAE · ET · GRAECAE · ERVDITIONIS
MAIORE · INTEGRITATIS · CONSTANTIAE · RELIGIONIS
LAVDE · FLORENTIS
QVEM · PIVS · VI · P · M · AERVMNARVM · SOCIVM
VOLENTEM · DELEGIT
HABVITQVE · VIRTVTE · CARISSIMVM
PIVS · VII · OB · MERITA · AB · EPISTVLIS · AD · PRINCIPES
ADIVTOREM · ADSCIVIT
PROBATVMQVE · AMORE · DIGNATVS · EST
HVIC · INOPINA · BREVIS · MORBI · VIS
FINEM · HONORVM · ATTVLIT
IIII · NON · FEBR · AN · M · DCCC · IIII ·
QVVM · VIXISSET · ANN · LXIIII · M · VII · D · XXIIII ·
VTILIS · MVLTIS · NVLLI · GRAVIS
SODALES · VETERES · E · SOC · IES · COLLEGAE · SVAVISSIMO
PACEM · CAELESTEM · ADPRECANTES
CVM · LACRIMIS · POSVERVNT

CLXXXVIIII. (Brixiae)

QVIETI · ET · MEMORIAE
VINCENTI · MARIAE · TITI · EQ · F · COVI
PRAEPOSITI · IOANNIANI
QVI · NOBILITATEM · GENERIS · VIRTVTE
CVMVLAVIT
PIVS · VIXIT · ANN · LXXI · M · I · D · XXIIII ·
DECESSIT · IIII · IDVS · IAN · AN · M · DCC · LXXXXVI ·
HVIC · CVRIA · VNIVERSA
QVAM · MAIORI · TITVLO · CONTEMPTO
AMAVIT · VNICE
FVNVS · LAVDATIONEM · MONVMENTVM
BENE · MERENTI · DECREVIT

CLXXXX. (in finib. Brix.)

HEIC · SITVS · EST
PETRVS · ZAMBONIVS · ARCHIPRESB ·
APVD · SALODIENSES
AB · IPSA · ADOLESCENTIA · DOCTOR · THEOLOGVS
ANNOS · XXX ·
QVEM · A · GARDENSIBVS · RECTOREM · SIBI
PRAEOPTATVM
BEDITIOLENSES · ECCLESIAE · SVAE
OPTIMO · PVBLICO · VINDICARVNT
PIVS · VIXIT · ANN · LXXIII · M · II · D · XII ·
PRVDENTIA · RELIGIONE · DOCTRINA
QVAS · INSIGNIS · MODESTIA · ORNABAT
ACCEPTVS · CLERO · POPVLOQVE
DEC · XII · KAL · NOV · AN · M · DCCC · V ·
MORBI · DIVTVRNI · VIM
ALACRI · ANIMO · ET · INVICTA · PATIENTIA
AD · EXITVM · VSQVE · PERPESSVS
GENS · ZAMBONIA
COGNATO · BENE · MERENTI · F · C ·



CLXXXXI. (Claris)

H · S · E ·
PAVLLVS · M · ANT · F · GOFIVS
SACERDOS · NOVENSILIS
GRAECIS · IDEM · LATINISQVE
INSIGNIS · LITTERIS
PIETATE · MAIOR
QVI · VIX · ANN · XXIIII · M · VI · D · XXIIII ·
DEC · VIII · ID · OCT · AN · M · DCCC · XV ·
PARENTES · CONTRA · VOTVM · F · C ·
FILIO · DVLCISSIMO · B · M ·

CLXXXXII. (Praeneste)

MEMORIAE
CAESARIS · PANIMOLLI · V · C ·
DOMO · ROMA
IVRIS · PONTIFICI · CIVILISQ · CONSVLTI
VICE · SACRA · ANTISTITIS · PRAENEST ·
ANNOS · XXVIII ·
EPISCOPIS · EMINENTISS · SEX · PROBATI
ITEM · PER · INTERREGNVM
VICARIA · PRAEFECTVRA · BIS · FVNCTI
QVI · COLLEGIO · N ·
LEGAVIT · SCVTAT · CCCC · N ·
VT · EX · EIVS · PECVNIAE · REDITV
SACRA · ARBITRIO · EPISCOPI
QVOTANNIS · FIERENT
VIXIT · ANNOS · P · M · LX ·
DEC · V · NON · MART ·
ANNO · M · DC · LXXXVIIII ·
COLLEGIVM · CANON · PRAENEST ·
TITVLVM · RENOVAND · CVRAVIT

CLXXXXIII. (Brixiae)

HEIC · POSITVM · CORPVS
IOSEPHI · BARPTOL · F · BARBOLI
ADLECTI · INTER · ACOLYTHOS
CVIVS · ANIMAE · INNOCENTISSIMAE
DATVM · DIVINITVS · EST
VT · AEQVALIVM · LAVDEM · ET · PRVDENTIAM · SENVM
VIRTVTE · ANTEVERTERET
NATVS · ANN · XX · M · I · D · XXIIII ·
DECESS · LAETISSIMO · ANIMO
XIII · KAL · IANVAR · ANNO · M · DCCC · XV ·
PARENTES · FECERVNT · FILIO · SVAVISSIMO
PARCITE · IAM · LACRIMIS · SOCII · MIHI · FVNDITE · FLORES
AETERNA · EST · CAELO · QVAE · MIHI · PARTA · QVIES

CLXXXXIIII. (Modoetiae)

QVIETI · ET · MEMORIAE
MARCI · ANTONI · PINAROLI · SOC · IES ·
DOMO · PISTORLENGO
ORATORIS · TEMPORVM · SVORVM · PER · ITALIAM · CLARISSIMI
QVEM · DEFLEXA · AETATE · RECTOREM · IVVENTVTIS · EXCOLENDAE
EX · VETERI · INSTITVTO · STVDIOSISSIMVM
BERGOMATES · ET · MODOETIENSES
EXPERTI · SVSPEXERE
PIVS · VIXIT · ANN · LXXXII ·
PRVDENTIA · COMITATE · CONSTANTIA
CARVS · OMNIBVS
DEC · IN · PACE · ☧ · XVII · KAL · OCT · AN · M · DCCC · XV ·
PROPINQVI · ET · AMICI · POSVERE
SENI · OPTIMO · B · M ·

CLXXXXV. (in agro Brix.)

☧

HEIC · SITA · OSSA · SVNT
FRANCISCI · IOAN · F · BONAE
CANON · ECCL · BRIX ·
VICARIA · POTESTATE · FVNCTI
CVIVS · PIETAS · ET · DOCTRINA · IN · PRAECLARIS · LABORIBVS
AB · IPSA · ADOLESCENTIA · ENITVIT
VIXIT · ANN · LXXXI · M · IIII · D · VIIII ·
MANSVETVDINE · ABSTINENTIA · LIBERALITATE
AMOREM · CIVIVM · MERITVS
EGENTIVM · IN · PRIMIS
QVOS · VLTRO · FOVIT · ALVITQVE
DECESSIT · V · EID · DEC · ANNO · M · DCC · IC ·
APVD · CHEDIENSES
QVORVM · DECRETO
MONVMENTVM · BENE · MERENTI
PVBLICE · CONDITVM · EST

CLXXXXVI. (Neapoli)

MEMORIAE
IOAN · NICOLAI · CHIESAE
DOMO · GENVA
SODALIS · AVGVSTINIANI · EX · FAMIL · IOANNIANA
PROMAGISTRI · IIII ·
ITEM · ADIVTORIS · PROMAGISTRI
VIRI · FRVGI · ABSTINENTIS · INTEGRI
THEOLOGI · AETATIS · SVAE · PRAESTANTISSIMI
CVIVS · PIETAS · ET · DOCTRINA · MVLTIS · MORTALIBVS · PERDIV · SALVTARIS
IN · SCRIPTIS · ADHVC · LIBRISQ · EDITIS · SPIRAT
PROMAGISTER · ET · FAMILIA · VNIVERSA
OB · PRAECLARA · EIVS · ERGA · OMNES · MERITA
FECIT
PRAESIDI · IN · EXEMPLVM · SANCTISSIMO
QVI · VIX · ANN · LXXXVI · M · II · D · XXVIII ·
DECESSIT · IN · PACE · ☧ · VIII · KAL · MAIAS · AN · M · DCC · LXXXII ·
ELATVS
MAGNA · CIVITATIS · FREQVENTIA
MAXIMO · BONORVM · LVCTV

CLXXXXVII. (Brixiae)

☧ QVIETI · ET · MEMORIAE ☧
PAVLLI · COLLINI
DOMO · GARGNANO · BENAC ·
PRAEPOSITI · AGATHIANI
DOCTORIS · THEOLOGI · RECTORIS · ALVMNOR · ECCLESIAE · BRIXIANAE
QVEM · INGENI · VIS · DOCTRINAE · OPES · FACVNDIAE · ROBVR
INSIGNEM · VITIORVM
ET · SONTIVM · DEBELLATOREM · FECERE
DECESS · ANNOS · NATVS · LXXV ·
IIII · NON · MART · AN · M · DCCC · XIIII ·
AMOREM · CIVIVM · VIRTVTE · MERITVS
ELATVSQVE · EST · FVNERE · PVBLICO
ET · CVRIAE · LACRIMIS

CLXXXXVIII. (Romae)

☧ QVIETI ☧
ET · MEMORIAE
ANTONI · FRANCI · VEZZOSI
DOMO · ARRETIO
SODALIS · TEATINI
SVMMI · MAGISTRI · ITERVM
DOCTORIS · DECVRIALIS · LYCEI · LEONIANI
SACRAE · HISTORIAE · TRADENDAE
IVDICIS · EPISCOPIS · PROBANDIS
ITEM · COLLEGIO · XYSTINO · LEGENDO
VIRI · FRVGI · ET · SINGVLARIS · EXEMPLI
QVI · VIX · ANN · P · M · LXXV ·
A · PONTIFICIBVS · MAXIMIS · ET · PRIMORIBVS · VRBIS
IN · HONORE · HABITVS
CONSILIO · DOCTRINA · SCRIPTIS · CLARISSIMVS
DECESSIT · NON · MAIIS · ANNO · M · DCC · LXXXIII ·
DE · SVIS · ETIAM
OB · AEDICVLAM · IN · QVIRINALI · EXCVLTAM
CAIETANO · PATRI
ET · BIBLIOTHECAM · CONDITAM
OPTIME · MERITVS
SODALES · TEATINI
STATI · CONVENTVS · CAVSSA · IN · VRBE · FREQVENTES
PRAESIDI · SAPIENTISSIMO
CVM · LACRIMIS · POSVERVNT
AVE · IN · PACE

CLXXXXVIIII. (Faliscoduni)

OSSA · HEIC · SITA · SVNT
BENEDICTI · BONELLI
PRESB · ECCL · TRIDENT ·
DOCTORIS · THEOLOGI
QVI · DISCIPLINARVM · CVRRICVLO · ROMAE
INTER · ALVMNOS · GERMANICOS
SVMMA · INGENI · LAVDE · CONFECTO
IN · SACRI · SEMINARI · CONTVBERNIVM
INVITATVS
PRAEFECTVRA · STVDIORVM
ET · THEOLOGIAE · TRADENDAE · MVNERE
ANNOS · SENOS
MAGNA · DOCTRINAE · FAMA
FVNCTVS · EST
PIVS · VIXIT · ANNOS · XXVIIII · TANTVM
PRAEREPTVS · IN · PACE · ☧
VII · KAL · IAN · ANNO · M · DCC · LXXXVI ·
IOSEPHVS · GARAMPIVS · CARD · EPISC ·
OB · MAXIMA · EIVS · IN · ECCLESIAM · SVAM
MERITA
FACIENDVM · CVRAVIT



CC. (in finib. Brix.)

☧ MONVMENTVM ☧
IOAN · BAPTISTAE · ROSSETTI
VIRI · PIENTISSIMI
ARCHIPRESBYTERI · PER · ANNOS · AMPLIVS · TRIGINTA
CVIVS · DOCTRINA · IN · POPVLO · EXCOLENDO
LIBERALITAS
IN · TEMPLO · HONORIS · SVI · EXAEDIFICANDO
MAXIME · ELVXIT
DECESSIT · III · NON · MART · AN · M · DCC · LXXXXVIII ·
PISONEENSES
PRIMVM · CVM · LACRIMIS · COMPOSVERE
LOCO · QVEM · SIBI · VIVENS · DESIGNARAT

CCI. (apud Forocornel.)

QVIETI · ET · MEMORIAE
KAROLI · ALEXANDRI · MORINI
DOMO · FORO · CORNELI
PRESBYTERI · PIENTISSIMI
RHETORIS · DISERTI · POETAE · ILLVSTRIS
QVEM · GYMNASIVM · PVBLICVM · INSTITVTA · IVVENTVS
BONI · DENIQVE · VNIVERSI
SIBI · ET · PATRIAE · PRAEREPTVM · DOLENT
VIXIT · ANN · P · M · XXXXIIII ·
DECESS · VI · ID · IVN · AN · M · DCCC · V ·
PETRVS · EX · FAM · CAMALDVLENSI
AD · SVOS · REDVX
FRATRI · SVAVISSIMO · CVM · LACRIMIS · POSVIT
VNA · CVM · SVPERSTITIBVS
CLEMENTE · FRATRE · ET · ELISABETHA · PARENTE
AVE · AMOR · NOSTER · ET · VALE
IN · PACE · ☧



CCII. (in agro Mediolan.)

QVIETI · ET · MEMORIAE
ALOISI · VISCONTI · V · C ·
DOMO · MEDIOLANO · EQ · HIEROSOL ·
COMITIS · CARIMATIVM · MONSOLARIORVM
RIOTIORVM
QVEM · NOBILISSIMAE · GENTIS · POSTREMVM
CONSILIO · FIDE · INTEGRITATE
MAIORVM · LAVDEM · SVPERGRESSVM
VI · KAL · AVG · AN · M · DCC · LXXXXV ·
SVBITI · VIS · MORBI · PRAERIPVIT
KAROLVS · ANGVISSOLA · SECCHIVS · COMNENVS
COMES · CORANENSIVM · DYNASTA · CALTIANORVM
CAES · AVG · A · CVBICVLO
HERES · IN · AVITO · SACRARIO · FECIT
AMICO · OPTIMO
AMITINO · BENE · MERENTI

CCIII· (Romae)

QVIETI · ET · MEMORIAE
INNOCENTI · KAR · F · PANICIERI · V · C ·
DOMO · PARMA
EQVIT · CONSTANTIN ·
PRAEF · TABVLARI · FARNESIANI
REGVM . KAROLI · CATHOLICI · ET · FERDINANDI · KAR · F ·
SCRIBAE · PRIMI · NEAPOLI · AD · EXTRANEA
ADLECTI · INTER · SILENTIARIOS ·
ITEM · ROMAE · PRAEPOSITI · COMMEANTIVM
CVRA · AGENTIS · AD · NEGOTIA · VRBIS · REGIA
IN · OMNI · ADMINISTRATIONE · ABSTINENTISSIMI
QVI · VIXIT · ANNOS · $\overline{LXXVI}$ ·
REM · PVBLICAM · EGIT · ANNOS · $\overline{LV}$ ·
COMITATE · PRVDENTIA · FIDE · LAVDEM · OMNIVM · ET · AMOREM · MERITVS
DECESSIT · IN · PACE · ☧ · $\overline{XI}$ · KAL · OCT · ANNO · $\overline{M}$ · $\overline{DCC}$ · $\overline{LXXXV}$ ·
KAROLVS · F · IN · LOCVM · EIVS · ROMAE · SVFFECTVS
PATRI · INDVLGENTISSIMO · B · M ·
CVM · LACRIMIS · FECIT

CCIIII· (Clusone in finib· Bergomat·)

A ☧ Ω

CINERIBVS · ET · MEMORIAE
BARPTOLEMAEI · PICINELLI
ARCHIPRESB · ANNOR · $\overline{XXX}$ ·
VIRI · OPTIMI · PIENTISSIMI
CVIVS · ERGA · OMNES · EXIMIA · CARITAS · FVIT
CONSILIVMQVE · ARDVIS · IN · REBVS · SEMPER · ENITVIT
VIXIT · ANNOS · $\overline{LXXXX}$ ·
IN · IPSO · SENIO · NVNQVAM · INVTILIS
DEC · IDIB · MARTIIS · AN · $\overline{M}$ · $\overline{DCCC}$ · $\overline{X}$ ·
EIQVE
CVRIA · VNIVERSA
MONVMENTVM · B · M · POSVIT

CCV· (Mediolani)

MEMORIAE · ET · QVIETI
IOS · ROGERI · BOSCOVICHI
DOMO · RAGVSA
GEOMETRAE · AETATIS · SVAE · PRIMI
OB · MATHESIN · VNIVERSAM · SCRIPTIS · ILLVSTRATAM · INVENTIS · AVCTAM
CLARISSIMI
QVEM · COLLEGIA · MAXIMA · SOPHORVM
LONDINENSIVM · PARISIENSIVM · BEROLINENSIVM · PETROPOLITANORVM
SODALEM · COOPTARVNT
REX · LVDOVICVS · REGIS · LVDOVICI · ADAMATI · NEPOS
MVNIFICE · IN · GALLIAM · INVITATVM
OPTICE · AD · REM · MARITIMAM · PERFICIVNDAE · PRAEFECIT
PLERAQVE · EVROPA
ADVENAM · MIRATA · SVMMO · DOCTORVM · CONSENSV
FAMA · MAIOREM · AGNOVIT
PIVS · VIXIT · ANNOS · LXXV · M · VIII · D · XXVII ·
VETERIS · INSTITVTI
QVOD · IN · SOC · IES · CEPERAT
NVNQVAM · IMMEMOR
CARVS · PRINCIPIBVS · VTILIS · REI · PVBLICAE
DEC · IDIB · FEBR · AN · M · DCC · LXXXVII ·
GIBERTVS · RENATI · F · BORROMEVS
VIRTVTIS · HONORANDAE · CAVSSA
MONVMENTVM · IN · AEDE · MAIORVM · SVORVM
VIRO · MAGNO · PEREGRE · DEFVNCTO · F · C ·
FLETE · AIT · VRANIE · VESTROS · NAE · MAXIMA · FLETVS
MORTALES · TANTO · IN · FVNERE · DAMNA · CIENT
CAELESTES · MERITO · LAETAMVR · CIVE · RECEPTO
NAM · CERTA · HIC · DATVS · IN · TEMPORA · NOSTER · ERAT

CCVI· (Pisauri)



QVIETI · ET · MEMORIAE
HANNIBALIS · GIORDANI · OLIVIERI · V · C ·
ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΔΟΣ
QVI · CIVES · VNIVERSOS · GRAVISSIMVS · AVCTOR
AD · PIETATEM · EXEMPLO
AD · ERVDITIONEM · SCRIPTIS
ANTEGRESSVS
MVLTIS · INGENI · ET · RELIGIONIS · SVAE
MONVMENTIS · POSTERITATI · DICATIS
CONQVISITAS · PRISCI · AEVI · RELIQVIAS
PATRIAE · TRANSMISIT
SVBSTANTIAM · QVOQVE · SI · HERES · DEESSET
VT · EX · EIVS · REDITV · IVVENTVTI · PISAVRENSI
OPIS · INDIGAE
AD · ARTES · EDISCENDAS
A · CVRATORIBVS · DESIGNATIS · SVBVENIRETVR
VIXIT · ANN · P · M · LXXXII ·
COMITATE · FIDE · INNOCENTIA · DOMI · CARVS
DOCTRINAE · LAVDE · VBI · NOTAE · LITTERAE
OMNIBVS · MAGNVS
DECESSIT · III · KAL · OCT · AN · M · DCC · LXXXVIIII ·
VINCENTIVS · ET · PAVLLVS
FRATRES · MACCHIRELLI · HEREDES
AVVNCVLO · OPTIMO · B · M ·
POSVERVNT

CCVII. (Romae)

MEMORIAE
PETRI · BERN · F · GRAVINAE
DOMO · PANORMO · EX · DYNASTIS · RAMACCAE
SODALIS · IES · ANN · XXXI ·
VIRI · DOCTRINA · ET · VIRTVTE · PRAESTANTIS
FRATRES · MARIALES · SICVLI · ROMAE · CONSISTENTES
BENE · MERENTI · FECERVNT
QVI · VIX · ANN · LVIII · M · III · D · XXI · DEC · IDIB · DECEMB · ANNO · M · DCC · LXXXIIII ·
LEGATIS · TESTAMENTO · SCVT · ML · NVM ·
VTI · QVOTANNIS · EX · EIVS · PECVNIAE · REDITV
XI · KAL · IVL ·
IN · AEDE · COLLEGI · FESTVS · DIES · AGATVR
CAELESTIS · PATRONI · ALOISI · GONZAGAE
VTIQVE · DOMINICI · DIES · SENI · CONTINENTES
ANTE · SOLLEMNIA · EIVS
SACRO · TER · FACTO · ET · SVPPLICATIONE · INDICTA
SINGVLI · CELEBRENTVR

CCVIII. (Venetiis)

CINERIBVS · ET · MEMORIAE
FRANCI · BOCCADIFERRI · V · C ·
DOMO · BONONIA
EQVITIS · MAIORIS · MELITENSIS
MAGISTERIVM · ORDINIS · SVI · APVD · VENETOS · VIRTVTE · ADEPTI
QVEM · EGENI · ET · PVPILLI · PARENTEM · SENSERE
PATRIA · MAIORVM · EIVS · FORTISSIMORVM
EMMANVELIS · ET · BERNARDINI · COS ·
SECTATOREM · MIRATA · EST
PIVS · VIXIT · AN · LXXXVI · M · V · D · VIII ·
DECESSIT · KAL · FEBR · AN · M · DCC · LXXXXII ·
HIERONYMA · LEGNANIA · CAMILLA · MARVLLIA
FRATRIS · NEPTES
CVM · LACRIMIS · POSVERVNT
PATRVO · MAGNO · CIVIVM · OPTIMO
MORIBVS · ET · VRBANITATE · OMNIBVS · CARO

CCVIII. (Venetiis)

MEMORIAE · ET · VIRTVTI
ABVNDI · AVR · F · REZZONICI
SENATORIS · VRBIS
VEXILLARI · ECCLESIAE · CATH ·
CLEMENTIS · XIII · PONT · MAX · PATRVI · SANCTISSIMI
MAGNORVMQVE · EVROPAE · PRINCIPVM
GRATIA · INCLITI
QVEM · LINGVARVM · VSV · ET · OMNI · HVMANITATE · FLORENTEM
VBICVMQVE · GENTIVM · LITTERAE · BONAEQVE · ARTES
IVDICEM · ET · FAVTOREM · SENSERVNT
RES · ARDVAE · MAXIMAEQVE · CONSILI · PLENVM
RELIGIO · ET · IVSTITIA
IMMVTABILI · ANIMO · CONSTANTISSIMVM · PROBAVERE
CARVS · BONIS · INFENSVS · NEMINI · STVDIOSISSIMVS · AMICORVM
PIVS · VIXIT · AD · AN · LXVIII · IN · CONVBIO · CLARISSIMO · ΑΠΑΙΣ
HOSPES · PISIS · RELICTO · CORPORE · ABIT · AD · CAELESTES
VI · IDVS · MARTIAS · AN · M · DCCC · X ·
VLTIMVS · SENATORIAE · DOMVS
AVITAM · BENEFICENTIAM · ET · FRATRVM · EXIMIORVM · LAVDES
IMITATIONE · COMPLEXVS
AVVNCVLO · SANCTO · DE · VENETO · NOMINE
OPTIME · MERITO
HERES · EX · TESTAM · POSVIT
ANTONIVS · SORORIS · F · WIDMANN · COMES
HONORIS · PIETATISQVE · CAVSSA

CCX. (Neapoli)

HEIC · SITVS · EST
FRANCVS · VARGAS · MACCIVCCA · MARCHIO
EQVES · HIEROSOLYMAR ·
IVDEX · PRIMVS · DECVRIAE · SACRI · CONSILI
IVDEX · SVPREMVS · CLARENSIS
DELEGATVS · IVRI · REGIO · TVENDO
PRAEF · ANNONAE
IN · OMNIBVS · HONORIBVS · OPTIMI · PRINCIPIS
LAVDES · MERITVS
QVI · ET · LITTERIS · A · PVERITIA · DEDITVS
CAVSSAS · ADOLESCENS · STRENVE · EGIT
MVLTORVMQ · POPVLORVM · EDOCTVS · LINGVAS
PHILOLOGVS · SVI · TEMPORIS
PRAESTANTISSIMVS · HABITVS · EST
IDEM · PIETATEM · IN · PRIMIS · SANCTE · COLVIT
SACRIS · ADDICTOS · AMAVIT
ARTIVM · BONARVM · FAVTOR
EGENTIVM · OPITVLATOR · FVIT
SENIOR · ABDICATIS · CVRATIONIBVS · PVBLICIS
QVIBVS · SE · IMPAREM · PVTABAT
HONOREM · DECVRIAE · D · N · REGIS · FERDINANDI
INDVLGENTIA
FILIO · SVPERSTITI · DELATVM · VIDIT
ANNVM · AGENS · LXXXXVII · DEC · IN · PACE · ☧
PRIDIE · NON · AVG · AN · M · DCC · LXXXV ·
DVODECIMO · POST · ANNO
QVAM · TESTAMENTO · FACTO · POSTERITATI · CAVERAT
ET · IPSVM · FVNERIS · SVI · MODVM
PRAESCRIPSERAT

CCXI. (Venetiis)

QVIETI · ET · MEMORIAE
LEOPOLDI · DE · GREGORIO · V · C ·
DOMO · MESSANA · MARCHI · SCYLACIEN ·
REGIS · KAROLI · CATHOLICI · A · NEGOTIIS · PVBLICIS
BELLI · ET · PACIS
MODERATORIS · VECTIGALIVM · ET · SVMPTVVM
CONSILIARI · REGNOR · REGVNDOR ·
DECVR · CVBIC · EQ · ZONA · IANVAR · EQ · AQVILA · POLON ·
PRAEF · EXERC · PRAEP · AMERICAE
LEGATI · AD · PATRES · VENETOS
OMNIBVS · HONORIBVS · SANCTE · ET · IN · EXEMPLVM · PERFVNCTI
CVIVS · ANIMVM · SOLLERTIAM · FIDEM
POST · NEAPOLIM · HISPANIA · MIRATA · EST
REX · MAXIMVS · VTROBIQVE · EXPERTVS · IVDICIO · SVO
COMPROBAVIT
VIX · ANN · LXXXIIII · M · VIII · D · XXIII ·
IMMOBILI · PIETATE
DEC · IDIBVS · SEPTEMBR · AN · M · DCC · LXXXV ·
MONVMENTO · SIBI · PARATO
CVI · TITVLVM · VXOR · ET · FILI · MOERENTES
INSCRIPSERVNT
AVE · CONIVX · OPTIME
AVE · PATER · INDVLGENTISSIME
ET · VALE · IN · PACE · ☧

CCXII. (Neapoli)

DOMINICVS · DVCIS · CALVIZANI · F · PESCARA
EQVES · HIEROSOLYMARIVS · AB · ORIGINE
BENEFICIARIVS · EMERITVS · MAZARENSIS
HEIC · SITVS · EST
QVI · SVB · REGIBVS · CATHOLICIS · PHILIPPO · ET · FERDINANDO
NAVALIS · MILITIAE · SCIENTIA · CLARISSIMVS
VLTIMAS · AMERICAE · ATQVE · ORIENTIS · ORAS · INTREPIDVS · ADIIT
IDEM · SVB · REGIBVS · N · KAROLO · ET · FERDINANDO
PER · OMNES · HONORVM · GRADVS
AD · SVMMVM · MARIS · IMPERIVM · ELATVS
PARI · VIRTVTE · AD · STOECHADAS · PVGNAVIT
ET · MILITARIBVS · LABORIBVS · DEFVNCTVS
DOMI · SENEX · REI · MARITIMAE · PRAEFVIT
PIVS · VIXIT · ANN · LXXIII · M · VIII · D · XIII ·
AEQVI · OBSERVANTISSIMVS
IN · EGENTES · NVNQVAM · PECVNIAE · PARCVS
IMMOBILIS · FIDEI · ERGA · PRINCIPEM
DECESSIT · V · KAL · OCT · ANNO · M · DCC · LXXXVII ·
ORDO · EQVITVM · HIEROSOLYMARIORVM
FRATRI · OPTIMO · BENE · MERENTI · FECIT



CCXIII. (Venetiis)

FRANCISCO . KAR · F · CARRARAE
E · SOC · IESV
DOMO · BERGOMO
BENE · DE · RE · LITTERARIA
ET · DE · SCRIPTORVM · ILLVSTRIVM · NOMINE
MERITO
QVEM · LEPOR · ET · MORVM · SVAVITAS · SVMMIS · VIRIS · COMMENDAVIT
PIVS · VIXIT · ANN · LXIII · M · VIIII ·
DIVTVRNIS · LABORIBVS · ET · VITA
DEFVNCTVS · VI · KAL · IVL · ANNO · M · DCCC · I ·
AMICI · VETERES · VENETIIS · CONSISTENTES
SODALI · CARISSIMO · FAC · CVR ·

CCXIIII. (Elisabethopoli in Transilv.)

QVIETI · ET · MEMORIAE
STEPH · ALEXANDRI · DANIELI · V · C ·
PRAEPOSITI · IVDICIORVM
QVEM · TOTA · ELISABETHOPOLIS
AEQVI · OBSERVANTISSIMVM · HABVIT
IVSTISSIMVM · EXPERTA · EST
VIXIT · ANNOS · LXI · DIES · X ·
DECESSIT · VII · KAL · FEBR · AN · M · DCC · LXXXVII ·
EMERICVS · PRESB · A · BIBLIOTHECA
IGNATI · BATTHIANI · EPISC · TRANSIL ·
EX · ITALIA · REDVX
FECIT · PATRI · INDVLGENTISSIMO
DE · LIBERIS · SVIS · OPTIME · MERITO
ITEM · ELISABETHAE · SORORI
VIRGINI · FRVGI · BLANDAE · INNOCENTI
QVAE · VIXIT · ANNOS · XIIII · TANTVM
AVETE · ANIMAE · PIENTISSIMAE
IN · PACE · ☧



CCXV. (Romae)

MEMORIAE
IOS · MARIAE · MAZZOLARI
E · SOC · IESV
QVI · ET · PARTHENIVS · MARIANVS
DOMO · PISAVRO
DOCTRINA · ET · SCRIPTIONIS · ELEGANTIA
CLARISSIMI
VIX · ANN · LXXIIII · M · II · D · III ·
ANTIQVAM · SIMPLICITATEM · SEQVVTVS
QVAM · INNOCENTIA · ET · MIRVS · ERGA · GENETRICEM · DEI
AMOR · ORNABAT
DECESSIT · XVIII · KAL · OCTOBR · ANNO · M · DCC · LXXXVI ·
AVE · SENEX · PIENTISSIME
ET · VALE · IN · PACE · ☧
SODALES · VETERES · FAC · CVR ·

CCXVI. (Mediolani)

PETRO · ALOISIO · IOAN · F · VIANIO
DOMO · VERONA
EQVITI · VTRIVSQVE · ORDINIS
ADLECTO · INTER · PRIMORES · ITALICI · REGNI
PRAESIDI · VALETVDINI · VENETORVM · TVTANDAE
DVCTORI · COHORTIS · MILLIARIAE
PRAEFECTO · TVRMAE · REGIAE · PROTECTORVM
OMNIBVS · HONORIBVS · ET · MVNERIBVS . INTEGRE · FVNCTO
QVI · REI · MILITARIS · SCIENTIAM · CVM · RELIGIONE · ET · DOCTRINA · CONIVNXIT
SEPTENISQVE · IN · PROELIIS
SAVCIATVS · SEMEL · VICTOR · VBICVMQVE
MAGNORVM · DVCVM · LAVDEM · AEQVAVIT
VIXIT · ANN · P · M · LVII ·
DECESS · MEDIOLANI · IDIB · AVG · AN · M · DCCC · XI ·
DECVRIONES · ET · MILITES
QVI · SVB · EO · MERVERVNT
PARENTI · OPTIME · MERITO · POSVERE
CVM · LACRIMIS

CCXVII. (Romae)

HEIC · SITA · OSSA
FRANCISCI · MAZZEI
DOMO · PAVLLA · ADVOCATI · VRBANI
QVI · GENERIS · GLORIAM · ET · IVRIS · SCIENTIAM · ERVDITIONIS · LAVDE · AVCTAM
INTEGRITATE · VITAE · ET · HONORVM · CONTEMPTV
NOBILITAVIT
DECESSIT · VIIII · KAL · IAN · AN · M · DCC · LXXXVII ·
HEIC · ET · CINERES · IGNATII · MAZZEI · FRANCISCI · PATRVI
CANONICI · CONSENTINI · SVB · ARCHIEPISCOPIS · TRIBVS
VICARIA · POTESTATE · ANTISTITIS
QVEM · DOCTRINA · INNOCENTIA · IVSTITIA · LIBERALITAS · SVMMIS · VIRIS · AEQVAVIT
DECESSIT · VII · IDVS · IVN · AN · M · DCC · LXXI ·
ANNA · MARIA · MAZZEA
FRATRI · ET · PATRVO · CARISSIMIS · BENEMERENTIBVS
ET · SIBI · FECIT

CCXVII. (Vrbini)

QVIETI · ET · MEMORIAE
FRANCISCI · ANT · F · VETERANI · V · C ·
IVDICIS · DECVRIALIS · SPLENDIDISSIMAE · ITALIAE · CIVITATIVM
QVI · IVRISDICTIONE · SANCTE · CONFECTA
PATRIAE · REDDITVS
DOCTRINA · ET · VIRTVTE · CIVIBVS · SVIS · SENEX · PRAEFVLSIT
RELIGIONISQVE · SVAE · PIETATEM · DONARIIS · PER · TEMPLA · DICATIS
ET · SACRA · EXPEDITIONE · AD · ANIMORVM · CVLTVRAM
IN · SEPTIMVM · QVEMQVE · ANNVM · CONDICTA
POSTERIS · TESTATAM · RELIQVIT
VIXIT · ANN · LXXV · M · VIII · D · VIII ·
CARVS · DOMI · FORISQVE
VTILIS · IDEM · MVLTIS · NEMINI · GRAVIS
DECESSIT · IIII · NON · MART · ANNO · M · DCCC · I ·
COGNATI · ET · AFFINES
CVM · LACRIMIS · POS ·
VLTIMO
STIRPIS · VETERANAE

CCXVIII. (Brix. in Coemet.)

QVIETI · ET · MEMORIAE
PETR · ANGELI · STEFANI · DOMO · SALODIO
VIRI · PIENTISSIMI
VICARIA · POTESTATE · IN · ECCL · BRIX · FVNCTI · ANNOS · VII ·
INTER · PRIMORES · CANONICOS · COOPTATI
QVEM · IVVENTVTIS · EXCOLENDAE · CVRA · SVMMIS · MAGISTRIS · AEQVAVIT
DOCTRINAE · ATQVE · INGENI · LAVS · AD · HONORES · EVEXIT
RERVM · GERENDARVM · SCIENTIA · ET · CONSILIVM
DIFFICILLIMIS · TEMPORIBVS · ILLVSTRAVERE
VIX · ANN · LXXXV · M · IIII · D · VIII ·
DEC · XII · KAL · MART · AN · M · DCCC · X ·
HEREDES · EX · TESTAMENTO
TITVLVM · VIRTVTIS · OFFICIQVE · CAVSSA
INSCRIBENDVM · CVRAVERVNT

CCXX. (Pisis)

QVIETI · ET · MEMORIAE
IOSEPHI · VERNACCINI · IVRIS · CONSVLTI
ADVOCATI · DECVRIAE · FLORENTINAE
ADVOCATI · REGII
MORIBVS · ET · OMNI · DOCTRINA · SPECTATISSIMI
QVI · ETIAM · IVDICIO · OPTIMI · PRINCIPIS
CODICI · LEGVM · ORDINANDO · PRAEPOSITVS · EST
VIXIT · ANNOS · LI · M · I · D · X ·
DECESSIT · XI · KAL · IAN · AN · M · DCC · LXXXVIIII ·
OMNIBVS · HONORIBVS · ET · MVNERIBVS
SANCTE · ET · IN · EXEMPLVM · PERFVNCTVS
HVIC · CIVES · OB · PATRIAM · SCRIPTIS · ET · VIRTVTE · ILLVSTRATAM
SEPVLCRVM · ET · TITVLVM · LOCO · PVBLICO
DECREVERVNT



CCXXI. (Tarracinae)

IOAN · VINCENTIO · ANTONI · F · PALTONIO · V · C ·
DOMO · VRBANIA · PROTONOT · APOST ·
SACRI · CIVILISQVE · IVRIS · CONSVLTO
PRAEF · TARRACINENSIVM · I · D ·
CVRATORI · FINIVM · POMPTINORVM
VICARIIS · PRAEFECTVRIS · PER · PROVINCIAS · FVNCTO
ET · OB · MERITA · EIVS · CLARISSIMAR · VRBIVM · CIVITATE · DONATO
QVI · SVMMA · FIDE · IN · OMNI · MVNERE
CLEMENTI · XIIII · P · M · ADFINI · SVO
EGREGIAM · OPERAM · NAVAVIT
ET · D · N · PII · VI · LAVDEM · ET · BENEFICIA · PROMERVIT
VIX · ANN · LV · M · VI · D · XI ·
GRAVIS · NEMINI · VTILIS · MVLTIS · CARVS · OMNIBVS
DECESSIT · TARRACINAE · IN · MAGISTRATV
III · KAL · DEC · AN · M · DCC · LXXXX ·
ISABELLA · MANCINIA · HERES · VSVFRVCT ·
FECIT · VIRO · OPTIMO · BENE · MERENTI
AVE · VINCENTI · CARISSIME
ET · VALE · IN · PACE · ☧

CCXXII. (Neapoli)

☧ CINERIBVS · ET · MEMORIAE ☧
BARPTOLEMAEI · ONOFRI · MARCII ·
DOMO · SAVONE · PATRICIA · NOBILITATE
SVB · REGE · PHILIPPO · CATHOLICO · DVCTORIS · ORD ·
PER · HISPANIAM
ITEM · NEAPOLI · PRAEP · PRAETORIANOR · NVMERI · ITALICI
SVMMI · CONSILIARI · REI · BELLICAE
PRAEF · AERAR · MILIT ·
QVEM · REX · KAROLVS · PHIL · F ·
MVLTIS · TERRA · MARIQ · PROELIIS · CLARVM
ET · OMNIBVS · HONORIBVS · SPLENDIDE · FVNCTVM
NEAPOLI · DIGREDIENS
PROLEGATVM · EXERCITVS · FECIT
VIX · ANN · P · M · LXI ·
DECESSIT · IIII · ID · DECEMBR · AN · M · DCC · LVIIII ·
ROSA · FAVSTINA · RIVERA · CL · F · DOMO · HISPALI · Θ
MARITO · PIENTISSIMO
FRANCISCVS · ET · IOSEPHVS · DVCTORES · ORD ·
CVM · PETRO · FRATRE
POST · SOC · IES · VICEM · SODALE · PHILIPPIANO
PATRI · OPTIMO · BENE · MERENTI
POSVERVNT
AVE · ET · VALE · IN · PACE



CCXXIII. (Bergomi cenotaph.)

MEMORIAE
DVRANTIS · PAVLLI · F · DVRANDI · DOMO · BRIXIA · COM ·
EQV · MAVRITIANI · A · CVBICVLO · REGIS · SARD ·
LEGATIONE · PARMENSI · SPLENDIDE · FVNCTI
QVI · ET · POETA · SVI · TEMPORIS · PRAESTANTISSIMVS · HABITVS · EST
ITEM · CAECILIAE · VGGERIAE · CONIVGIS · EIVS
QVAE · GLORIAM · GENERIS · SVI · VIRTVTE · CVMVLAVIT
IOANNA · AGOSTIA · TASCA · CL · F ·
AVIS · MATERNIS · BENE · MERENTIBVS
DED · KAL · OCT · AN · M · DCCC · V ·

CCXXIIII. (Mediolani)

A ☧ Ω

HEIC · SITVS · EST
FRANCISCVS · NICOLAI · F · NAVA · V · C ·
ADLECTVS · IN · COLLEGIVM · I · CC · SPLENDIDISS · ORDINIS
PRIMVS · ITERVM · CVRATORVM
ANNONAE · QVADRIENNIS · VICAR · POTEST ·
PRINCEPS · SENATVS
OBSES · PRO · PATRIA · CVM · LX · DECVRIONIBVS
AN · M · DCC · LXXXXVI · IN · GALLIAM · DEDVCTVS
IDEMQVE · POST · CONVERSIONEM · TEMPORVM
PRAEFECTVS · VRBIS
PRAESES · CONSILII · REGII · PROVINCIARVM
LEGATVS · REGIVS · REIP · ADMINISTRANDAE
OMNIBVS · HONORIBVS · ET · MVNERIBVS
SANCTE · PERFVNCTVS
QVI · ANNO · M · DCCC · PRIVATAM · DENIQVE · VITAM
VIRTVTIS · STVDIO
OBLATIS · CVRATIONIBVS · PVBLICIS · ANTETVLIT
PIVS · VIXIT · ANN · LII · M · X · D · XXVII ·
CVLTOR · EXIMIVS · RELIGIONIS
CVSTOS · TENAX · INTEGRITATIS · ET · FIDEI
DECESSIT · NOCTE · NATALI · SERVATORIS · NOSTRI
ANNO · M · DCCC · VII ·
GABRIVS · MARIA · PONT · BRIX ·
FEDERICVS · CAN · ORD · METR · ET · KAROLVS
FRATRI · OPTIMO · DESIDERATISSIMO
FECERVNT

CCXXV. (Mediolani)

A ☧ Ω

GEORG · THEODORO · THEODORI · XVI · F · TRIVVLTIO
SACRI · IMPERI · ROMANI
PRINCIPI · AB · AVIS · ET · MAIORIBVS
TOPARCHAE · MESOCI · VALLISQVE · MESOLCINAE
DEMARCHO · CODOGNI · MALEI · PICIGHITONIS · SEXTI
COMARCHO · MELTI · GORGONZOLAE · CASTRI · ZEVI
CASTRI · LEONIS
DOMINO · LOCATIVM · PELASIORVMQVE
PATRONO · RESTAGNENTIVM
PROCERI · HISPANIENSI · ORDINIS · PRIMI
EQVITI · VELLERIS · AVREI · INSIGNIBVS · EXORNATO
QVI · DECESS · MEDIOLANI · NON · IVL · AN · M · DCCC · II ·
COMPOSITVS · IN · PACE · ☧ · APVD · MELTIENSES · SVOS
VNDE · OSSA · SECVNDVM · VOTA · EIVS
HVC · TRANSLATA
IN · SEPVLCRVM · MAIORVM
III · IDVS · APR · ANNO · M · DCCC · XII ·
PER · TRIVVLTIOS · FRATRES · IACOB · THEODORVM · XVIIII ·
ET · HIERON · THEODORVM · XX ·
EX · RESCRIPTO
SERENISS · EVG · NAPOLEONIS · VICE · SACRA · IMPERANTIS
QVOD · DATVM · EST
XVII · KAL · APR · AN · M · DCCC · XII ·

CCXXVI. (Mediolani)

IOAN · GALEATIO · DVCIS · GABR · F ·
DVCIS · FEDERICI · NEP · SERBELLONIO
VIRO · ANTIQVAE · VIRTVTIS
QVEM · CARITAS · ERGA · PATRIAM
ET · MVNIFICENTIA · IN · CIVES
MAGNIS · PRINCIPIBVS · AEQVAVIT
PIVS · VIXIT · ANN · LVIII ·
AMOREM · BONORVM · ET · LAVDES
FIDE · AVCTORITATE · IVSTITIA · MERITVS
DECESSIT · NON · MAIS · AN · M · DCCC · II ·
PRAECLARVM · OMNIBVS · IN · DIVTVRNO · MORBO
CONSTANTIAE · ET · RELIGIONIS
EXEMPLAR
ALOISIA · HERES
PATRI · OPTIMO · BENE · MERENTI
CVM · LACRIMIS · FECIT



CCXXVII. (Brixiae)

QVIETI · ET · MEMORIAE
ANTONI · ALF · F · BROGNOLI · V · C ·
MVNERIBVS · PVBLICIS · SANCTE · PERFVNCTI
DEQVE · PATRIA · OPTIME · MERITI
CVIVS · INGENIVM · SOLLERTIAM · ELOQVENTIAM
QVAE · SVMMA · FVERE
RELIGIO · AVXIT
COMITAS · ET · MODESTIA · ORNAVERVNT
VIX · ANN · LXXXIII · M · I · D · XXI ·
VTILIS · MVLTIS · CARVS · OMNIBVS
DECESS · IDIB · FEBR · AN · M · DCCC · VII ·
SCRIPTIS · POSTERITATI · TRADITIS
QVAE · NVLLA · AETAS · OBLITERABIT
BROGNOLI · FRATRES
PARENTI · PIENTISSIMO · INDVLGENTISSIMO
CVM · LACRIMIS · POSVERE

CCXXVIII. (in finib. Bergom.)

ANDREAE · SECCO · SVARDO · LEONINO · V · C · COMITI
LITTERARVM · STVDIIS · ET · INGENI · LAVDE
AB · IPSA · ADOLESCENTIA · PRAESTANTI
CVI · POST · EGREGIAM · IN · SCHOLA · TAVRINENSI · INSTITVTIONEM
PATRIAE · REDDITO
SOCIAE · VETERES · RELIGIO · ET · PIETAS
ADHAESERE · PERPETVO
LIBERALITASQVE · ET · CARITAS · ERGA · EGENTES · ATQVE · AEGROS
PARENTIS · PVBLICI · NOMEN · PEPERERVNT
VIX · ANN · P · M · LX ·
DECESS · IDIB · OCT · AN · M · DCCC · X ·
CIVES · ZANICENSES · MONVMENTVM
HONORIS · VIRTVTISQVE · CAVSSA
MAIORA · MERITO · DECREVERE

CCXXVIIII. (in agro Brix.)

MONVMENTVM
IOAN · ANTONI · ARCHETTI · V · C ·
A · CONSILIIS · IMP · CAES · AVG ·
DYNASTAE · FORMIGARIENSIVM
CVIVS · VITA · MAXIMIS · VIRTVTIBVS
NOBILITATA · EST
CASTIMONIA · IN · PRIMIS
QVAM · SIBI · AETERNAM · VOTI · RELIGIONE · SANCIVIT
ET · PIETATE · ERGA · DEVM · FILIVM · SINGVLARI
CVIVS · ALMVM · SACRAMENTVM · DOMI · EX · PRIVIL ·
IN · AEDICVLA · ADSERVATVM
AMORE · PERPETVO · COLVIT
VIXIT · ANN · LXXXVII · M · VIII · D · XV ·
ELATVS · EST · BRIXIAE · V · ID · NOV · AN · M · DCC · LXXXXVIII ·
EGENORVM · LACRIMIS · HONESTATVS
QVORVM · INOPIAM · ADSIDVA · LIBERALITATE · LEVAVERAT
MAGDALENA · LVZAGA · HERES
AVVNCVLO · CARISSIMO · BENE · MERENTI
IN · FVNDO · AVITO · FAC · CVR ·

CCXXX. (Tibure)

MONVMENTVM
ACAT · ANTONI · SARACINELLI
E · SOC · IESV
DOMO · VRBIVENTO
PATRICIA · NOBILITATE
QVEM · TIBVRTES
ANNOS · XXIIII · INCOLAM · VTILISSIMVM
PERPETVO · AMORE · COLVERVNT
PIVS · VIX · ANNOS · LXXVI · M · VI ·
SVMMAM · DOCTRINAE · LAVDEM
ET · ORATORIS · PRAESTANTISSIMI · HONORES
PER · ITALIAM · ADEPTVS
QVAE · VIRTVTE · ET · INTEGRITATE · VITAE
CVMVLAVIT
DEC · III · IDVS · APR · AN · M · DCCC · II ·
CVI · ORDO · SPLENDIDISS ·
FVNVS · PVBLICVM · ET · LAVDATIONEM · DECREVIT



CCXXXI. (Mantuae)

MONVMENTVM
IOSEPHI · BOZOLI · E · SOC · IES ·
VIRI · MVLTARVM · DISCIPLINARVM
ET · POLITIORIS · HVMANITATIS · LAVDE · CLARISSIMI
QVEM · LYCEVM · ROMANVM
DOCTOREM · THEOLOGVM · HABVIT
GYMNASIVM · MANTVANVM · LINGVAR · ORIENT ·
MAGISTRVM · ET · PRAEFECTVM · BIBLIOTHECAE
PRAEOPTAVIT
PIVS · VIX · ANN · LXXXVII · D · XVI ·
COMITATE · ET · SAPIENTIA · VBIQVE · CARVS
DECESSIT · KAL · APR · AN · M · DCCC · XI ·
PRINCIPIBVS · SVMMORVM · VATVM · CVLTV · PATRIO
ELEGANTISSIMO · ITALIAE · REDDITIS
HEREDES · SENI · OPTIMO · BENE · MERENTI
FAC · CVR ·

CCXXXII. (Florentiae)

H · S · E ·

ALOIS · ANTONIVS · LANZIVS

DOMO · VLMODVNO · PICENT ·

SODALIS · AB · ADOLESC · SOC · IES ·

ADLECTVS · IN · SPLENDIDISS · ORD · IGVVINOR ·

HOSPITIOQVE · PVBLICO · FLORENTIAE · HONESTATVS

ETRVRIAE · VETERIS · ET · OMNIS · ANTIQVITATIS · MAGNVS · INVESTIGATOR

GRAECA · LATINAQVE · ERVDITIONE

PICTORIAE · LAVDIS · INTELLIGENTIA

TRADITIS · POSTERITATI · SCRIPTIS

CLARISSIMVS

QVEM · IN · SVMMA · OMNIVM · GRATIA · MODESTISSIMVM

INNOCENTIA · RELIGIO · PIETAS

AD · TVMVLVM · VSQVE · SEQVVTAE · SVNT

VIX · ANN · LXXVII · M · VIIII · D · XVII ·

DEC · PR · KAL · APR · AN · M · DCCC · X ·

HONVPHRIVS · BONVS · EQVES · STEPHAN ·

CVR · TEST ·

FECIT · AMICO · OPTIMO · B · M ·

CCXXXIII. (Claris in coemeterio)

A H · S · E · Ω

FELIX · ANTONIVS · LAVR · F · BORLASCA

DOMO · GENVA

ANN · AMPLIVS . XXX · INCOLA · CLARENSIS

GYMNASIARCHA · IDEMQVE · RHETOR

ADLECTVS · IN · COLLEGIVM · MARIANVM

QVEM · DOCTRINA · EXEMPLO · CONSILIO

DE · PATRIA · ECCLESIAQVE · NOSTRA

OPTIME · MERITVM · ESSE · OMNES · CONSENTIVNT

DEC · VIIII · KAL · DEC · AN · M · DCCC · XI ·

ANN · NATVS · LXXVI · M · XI · D · XI ·


VIIII · VIRI · REI · SVBSIDIARIAE · ADMINISTRANDAE

QVIBVS · SVBSTANTIAM · SVAM · TRANSMISIT

FVNVS · ET · MONVMENTVM · B · M · FAC · CVR ·

CCXXXIIII. (iu Sabin.)

QVIETI · ET · MEMORIAE
VINCENTI · AMBROSINI
ARCHIPRESBYTERI
DOMO · CANTALVPO
VIRI · OPTIMI · PIENTISSIMI
QVEM · OMNIVM · ORDINVM · STVDIIS · EXPETITVM
D · N · PIVS · VI · PONT · MAX ·
AMPLISSIMO · SACERDOTIO · DIGNATVS · EST
VIX · ANNOS · LXVI · M · X · D · III ·
ECCLESIAE · PRAEFVIT · ANNOS · IIII ·
DOCTRINA · INTEGRITATE · FIDE · VIGILANTIA
LAVDEM · OMNIVM · ET · AMOREM
MERITVS
DECESSIT · XI · KAL · NOV · AN · M · DCC · LXXXVI ·
ELATVS · MAXIMA · FREQVENTIA · SVMMO · CIVIVM . MOERORE
COGNATI · TITVLVM · CVM · LACRIMIS
POSVERVNT
AVE · ET · VALE · IN · PACE · ☧



CCXXXV. (Brixiae)

HEIC · APVD · MAIORES · SVOS
SITVS · EST
BARPTOLEMAEVS · KAR · F · MAFFEIVS
SACERDOTIO · ANNOS · X · SANCTE · PERFVNCTVS
QVEM · BONI · OMNES · LVXERVNT
INGENIO · LITTERIS · DOCTRINA · EXORNATVS
MODESTIA · IDEM · ATQVE · INNOCENTIA · SVMMVS
ET · IN · ANIMIS · AD · VIRTVTEM · EXCOLENDIS
STVDIO · SOLLERTIAQVE
NVLLI · SECVNDVS
VIXIT · ANNOS · XXXIIII · INTEGER · INTEGROS
DECESS · PRIDIE · NONAS · MARTIAS
ANNO · M · DCCC · VIII ·
AVE · ANIMA · PIENTISSIMA
TE · IN · PACE · ☧

CCXXXVI. (Romae)

MEMORIAE
RAIMVNDI · CVNICHI
DOMO · RAGVSIO
QVEM · SOCIETAS · IESV · ROMAE · ALVMNVM
A · PVERITIA · SVSCEPIT
PIETATIS · ET · INNOCENTIAE · LAVDE · FLORENTEM
ARTIBVSQVE · OPTIMIS · IMBVTVM
EDVXIT · AD · GLORIAM
VIXIT · ANN · P · M · LXXVI ·
RHETOR · IN · VRBE · FVIT · ANN · XXXXV ·
QVO · MAGISTRO · CLARI · VIRI · GLORIANTVR
IDEM · NVLLI · POETARVM · LATINORVM · SVI · TEMPORIS
SECVNDVS · HABITVS · EST
DECESS · X · KAL · DEC · AN · M · DCC · LXXXXIIII ·
BONORVM · OMNIVM · LACRIMIS · HONESTATVS
SODALES · VETERES
COLLEGAE · MITISSIMO · INTEGERRIMO
FAC · CVR ·

CCXXXVII. (Brixiae)

HEIC · CORPVS · SITVM · EST
IOANNIS · BAPTISTAE · CORNIANI · I · C ·
COGNITORIS · IVDICIORVM
ADLECTI · IN · COLLEGIVM · ERVDITORVM · ITALIAE
SCRIPTORIS · ELEGANTISSIMI
DE · BONARVM · ARTIVM · GLORIA · PRAECLARE · MERITI
IN · QVO · INGENIVM · FVIT · MITISSIMVM
LITTERATVRAE · COMES · MODESTIA · SINGVLARIS
RELIGIO · OMNIVM · AESTIMATIONE · INSIGNIS
VIX · ANN · LXXI · M · VI · D · VII ·
VTILIS · MVLTIS · NVLLI · GRAVIS
DEC · VII · IDVS · NOVEMBR · AN · M · DCCC · XIII ·
ROBERTVS · PATRI · OPTIMO · DESIDERATISSIMO
FAC · CVR ·
AVE · ANIMA · PIENTISSIMA · ET · VALE · IN · PACE · ☧

CCXXXVIII. (Venetiis)

A MEMORIAE Ω

BENEDICTI · GEORG · F · VOLPI · BERGOMATIS

DOCTORIS · THEOLOGI

PRAEPOSITI · ALVMNIS · ECCLESIAE · CREMATIS · REGVNDIS

CENSORIS · VENETI · LIBROR · EDENDOR ·

SACRI · IVRIS · SCIENTIA · CLARISSIMI

QVI · VIXIT · ANNIS · LXXIIII · M · II · D · VIII ·

VIR · MITISSIMI · INGENI

AVCTOR · CONSILIORVM · OPTIMORVM

DECESS · VENETIIS

PR · IDVS · SEPT · AN · M · DCCC · IIII ·

LAETVS · MORTE · SVA

QVOD · IN · SOCIETATEM · IESV

ITALIAE · NVPER · DIVINITVS · REDDITAM

POSTLIMINI · IVRE · RECEPTVS · ESSET

SODALES · VETERES

SENIORI · PIENTISSIMO

CCXXXVIIII. (Romae)

QVIETI · ET · MEMORIAE

FRANC · ANTONI · ZACCARIAE

DOMO · VENETIIS

OMNIBVS · LITTERATORVM · HONORIBVS · FVNCTI

RELIGIONE · ET · DOCTRINA

CLARISSIMI

IN · QVO · ECCLESIAE · STVDIVM · ET · RECTE

SENTIENTIVM · AMOR · ENITVIT

LABOR · SCRIBENDI · IVDICIVM · DELECTVS

SVMMA · PVTANTVR

PIVS · VIXIT · ANN · LXXXII · M · VI · D · XIIII ·

AETATEM · OPERVM · NVMERO · SVPERGRESSVS

HEREDES · ET · AMICI

SENI · OPTIMO · MITISSIMO

F · C ·

ANNO · M · DCC · LXXXXVII ·

CCXXXX. (Romae)

A MEMORIAE · ET · QVIETI Ω
VINCENTI · BOLGENI
DOMO · BERGOMO
A · CONSILIS · SVMMI · MAGISTRI · CRIMINIB · EXPIAND ·
PRAEFECTI · BIBLIOTH · LYCEI · ROMANI
QVEM · SOCIETAS · IESV
AB · ADOLESCENTIA · INGENIO · FLORENTEM
AD · DISCIPLINARVM · MAIORVM · SCIENTIAM · INSTITVIT
VIX · ANN · LXXVIII · MENS · III · D · XII ·
DOCTOR · THEOLOGVS · AETATIS · SVAE · PRAESTANTISSIMVS
AD · CVIVS · VIM · SCRIBENTIS · HOSTES · ECCLESIAE
OBMVTVERE
DEC · IIII · NON · MAIAS · AN · M · DCCC · XI ·
SODALES · VETERES
SENI · RELIGIOSISSIMO
ET · DIVINI · IVRIS · CONSVLTISSIMO
FAC · CVR ·
HONORIS · PIETATISQVE · CAVSSA

CCXXXXI. (in finib. Brix.)

CORPVS · HEIC · IN · PACE · ☧ · COMPOSITVM
FRANCISCI · MARCARINI · ARCHIPRESBYTERI
DOMO · LOVERE
DOCTORIS · THEOLOGI
ALVMNIS · SACRI · ORDINIS · INSTITVENDIS
QVI · ET · ORATOR · DISERTISSIMVS
ELOQVENTIAE · VIM · PIETATE · AVXIT · DOCTRINA · EXORNAVIT
QVVMQVE · ECCLESIAE · PISONIANAE · SANCTE · PRAEFVISSET
TRANSLATVS · AD · COCCALIENSEM
PARI · STVDIO · ET · LIBERALITATE · SINGVLARI
BENE · DE · OMNIBVS · MERITVS · EST
VIX · ANN · P · M · XXXXVIIII ·
DEC · III · IDVS · OCT · AN · M · DCCC · XII ·
MAGNO · DESIDERIO · SVI · RELICTO
MAIOR · IPSE · IN · DIES · A · FVNERE · HABITVS

CCXXXXII. (in finil. Brix.)

CINERIBVS · ET · MEMORIAE
ANTONI · HOR · F · SOLDI · V · C ·
DOMO · BRIXIA
SOCIETATEM · IESV · PROFESSI
QVEM · IN · EXPEDITIONE · DALMATICA
POPVLIS · AD · PIETATEM · EXCOLENDIS
ANNOS · XIII · DVRVS · LABOR · EXERCVIT
PATRIA · DEIN · EMERITVM
EXCEPIT · DEO · VNI · ET · SIBI · VICTVRVM
QVVM · ANNVM · AGERET · LXX ·
EO · QVEM · IN · VOTIS · HABVERAT · EXITV
DECESSIT · VII · KAL · DEC · AN · M · DCCIC ·
MVNERE · ITERVM · FVNGENS · APOSTOLICO · APVD · BEDITIOLENSES
QVORVM · DECRETO · ELATVS · PVBLICE · EST
LOCO · EI · AD · MONVMENTVM · INTER · ARCHIPRESBYTEROS · DATO
NE · HONOR · MORTVO · DEESSET
QVEM · VLTRO · VIVENTI · DETVLERANT
AVE · PATER · SANCTISSIME
ET · VALE · IN · PACE · ☧

CCXXXXIII. (Gottolengi in finib. Brix.)

A QVIETI · ET · MEMORIAE Ω
IOAN · BAPTISTAE · CARLESCHI
DOCTORIS · THEOLOGI
PRAEPOSITI · ECCLESIAE · GOTTOLENGIENSIS
PER · ANNOS · XXXVII ·
CVIVS · ELOQVENTIAM · IN · DOCENDO · MAXIMAM
PAREMQVE · IN · EXEMPLVM · PIETATEM
MIRATA · PATRIA · EST
LIBERALITATEM · ALTI · PAVPERES · PRAEDICANT
MODESTIAM · OMNES
DECESS · IIII · KAL · APR · AN · M · DCCC · IIII ·
QVVM · AGERET · ANN · LXX ·
ELATVS · FVNERE · PVBLICO · ET · CIVIVM
HOSPITVMQVE · LACRIMIS · HONESTATVS

CCXXXXIIII. (Claris)

MEMORIAE · ET · VIRTVTI
MAVRI · PAVLLI · F · BETTOLINI
SOC · IESV
ADLECTI · INTER · SOD · ARV · BRIX ·
VIRI · ANTIQVAE · INTEGRITATIS
QVEM · AD · SVOS · REDVCEM
RELIGIO · AVCTORITAS · SAPIENTIA
BONIS · OMNIBVS · COMMENDARVNT
PEREGRINANTEM · ERVDITIO · COMITATA
MAGNORVM · VIRORVM · AMICITIIS · FECIT · ILLVSTREM
VIXIT · ANNOS · LXXIII · D · VI ·
PRAEFECTVRA · SCHOLARVM · CLARENSIVM
IN · EXEMPLVM · PERFVNCTVS
ET · CLARORVM · SCRIPTORVM · LAVDEM
EDITIS · ANIMI · SVI · FETIBVS
AEMVLATVS
DECESSIT · BRIXIAE · XVI · KAL · APRIL ·
AN · M · DCCC · VIII ·
MAGDALENE · CAPRETTIA · VIDVA
VIRI · SVI · PATRVO · PIENTISSIMO
FAC · CVR ·

CCXXXXV. (Calcinati in finib. Brix.)

A PAVLLO · SECHIAVAE Ω
PRAEPOSITO
AVCTORI · TEMPLI · AEDIFICANDI
QVI · ET · LAPIDEM · AVSPICALEM · IN · TANTI · OPERIS · MOLITIONEM · RITE · FIXIT
ANNOS . NATVS · LXI ·
DE · MVLTIS · MORTALIBVS · QVOS · SACRIS · EXPEDITIONIBVS · EXCOLVIT
DEQVE · EGENTI · PLEBE
QVAM · LIBERALITATE · FOVIT
DOMI · FORISQVE · OPTIME · MERITVS
DECESSIT · IIII · IDVS · DECEMBR · ANNO · M · DCCC ·
CALCINATENSES · ANTISTITI · PIENTISS ·
FAC · CVR ·

CCXXXXVI· (Brixiae)

MEMORIAE
IOAN · PETRI · IOAN · F · DOLFINI
ORTV · BRIXIANI · VENETA · NOBILITATE
ARCHIPRESB · ZENONIANI
PRAEPOSITI · BASILICAE · LAVRENTIANAE
CONDITORI · AEDIVM · SACRARVM
MAGISTRI · PIETATIS · ET · RELIGIONIS
QVEM · SVMMIS · VIRTVTIBVS · FLORENTEM
ALACRITAS · FIDES · CONSTANTIA · SANCTISSIMIS · VIRIS · AEQVAVIT
VIX · ANN · LXI ·
CARVS · BONIS · OMNIBVS
DE · VTRAQVE · CVRIA · SVA
STVDIO · LABORIBVS · EXEMPLO · SCRIPTIS
OPTIME · MERITVS
DECESS · VIIII · KAL · MART · AN · M · DCC · LXX ·
FAVSTINVS · ROSINIVS · PRAEP ·
PIENTISSIMO · DECESSORVM · FAC · CVR ·



CCXXXXVII· (Cremonae)

A QVIETI · ET · MEMORIAE Ω
HIERONYMI · THOM · F · CARENI
DOMO · VAILATE
CVRIONIS · AGATHEANI · INFVLIS · EXORNATI
VICARIA · POTESTATE · IN · ECCL · CREMON · FVNCTI
QVEM · OMNI · PIETATE · INSIGNEM
MVLTIPLEX · DISCIPLINARVM · SACRARVM · SCIENTIA · ATQVE · VSVS
SVMMIS · DOCTORIBVS · AEQVAVIT
QVVM · VIXISSET · AD · ANNVM · LXVIIII ·
DEC · III · NON · MARTIAS · AN · M · DCCC · X ·
DE · ECCLESIA · NOSTRA · MVLTIS · NOMINIBVS
OPTIME · MERITVS
CVI · CAESAR · ALOISIVS · MAGIVS · HERES
HONORIS · VIRTVTISQVE · CAVSSA
MONVMENTVM · FAC · CVR ·

CCXXXXVIII. (in agro Brix.)

HEIC · COMPOSITVM · EST · CORPVS
IOAN · IACOBI · CASSAE
RECTORIS · BENEFICIARI · PETRIANI
VIRI · OPTIMI · INTEGERRIMI · CVIVS · VIVIDA · VIRTVS
IN · ADVERSIS · REBVS · ET · PERICVLOSIS · TEMPORIBVS
STETIT · IMMOBILIS
DIVQVE · ANTISTITE · VEL · ABSENTE · VEL · VITA · FVNCTO
CVRIAE · VNIVERSAE · PRAESIDIO · ET · SOLATIO · FVIT
VIXIT · ANNOS · AMPLIVS · LXXX ·
BONÓRVM · OMNIVM · AMOREM · STVDIVMQVE · MERITVS
DECESSIT · VIIII · KAL · MAIAS · ANNO · M · DCCC · XIIII ·
RELIGIOSISSIMO · EXITV
HVIC · FRATRIS · FILI · SACERDOTES · QVATVOR
LOCO · IMPETRATO
MONVMENTVM · POSVERE
PATRVO · CARISSIMO · B · M ·
AVE · ANIMA · PIENTISSIMA · ET · VALE · IN · PACE · ☧

CCXXXXVIIII. (Brixiae in aede Caritatis)

MONVMENTVM
IOAN · AVGVSTINI · AVREL · F · PALAZZI
VIRI · CLARISSIMI
QVEM · SOCIETAS · IESV · ALVMNVM
HABVIT · VIRTVTIS · ET · DOCTRINAE · LAVDE
FLORENTEM
PATRIA · REDVCEM · IN · ANIMORVM · CVLTVRA
NAVVM · INDVSTRIVMQVE · MIRATA · EST
PIVS · VIXIT · ANN · LXXXI · M · I · D · IIII ·
DECESS · V · KAL · IAN · AN · M · DCCC · VI ·
QVVM · SODALITATIS · VRSVLANAE · MAGISTERIVM · GERERET
COLLEGIOQVE · FEMINARVM · CARITATIS · ANNOS · XIII · PRAEFVISSET
HVIC · VII · VIRI · COLLEGIO · REGVNDO
CVI · PATRIMONIVM · SVVM · TESTAM · TRANSMISIT
LOCVM · SEPVLTVRAE · ET · TITVLVM
DECREVERVNT

CCL. (in finib. Brix.)

MONVMENTVM
PETRI · FRANZINI
DOMO · GARDONE · TRIVMPIL ·
ARCHIPRESBYTERI · BORGONATENSIVM
ANNOS · AMPLIVS · XXI ·
VIRI · ANTIQVAE · VIRTVTIS
QVEM · EGENI · OMNES · ALTOREM · SVVM · SENSERE
POPVLVSQVE · VNIVERSVS
RELIGIONIS · PERPETVVM · CVSTODEM · AC · VINDICEM
EXPERTVS · EST
VIX · ANN · LXXX · M · I ·
HONORIS · SVI · TEMPLO
QVOD · INCOHATVM · INVENERAT
EXAEDIFICATO · ET · OMNI · CVLTV · EXORNATO
DECESS · XI · KAL · FEBR · ANNO · M · DCCC · VI ·
CVI · LOCVS · EX · PLEBISCITO · DATVS · EST



CCLI. (in agro Bergom.)

HEIC · SITVS · EST
IOANNES · ANT · F · BELOTTIVS
DOMO · SILVA · ZANDOBBIENSI
ARCHIPRESBYTER
VICE · SACRA · FVNCTVS
QVEM · DOCTRINA · ET · VIRTVS
SVMMIS · VIRIS · AEQVAVIT
PIVS · VIXIT · ANN · LXXVIII · M · VIIII · D · XII ·
DE · PLEBE · ET · ECCLESIA · SVA
MVLTIS · LABORIBVS · EXANTLATIS
PATRIMONIOQVE · OMNI · PROFVSO
OPTIME · MERITVS
DEC · NON · IAN · AN · M · DCC · LXXXXII ·
CVI · ORDO · VILLENSIVM · MINORVM
FVNVS · PVBLICVM · LAVDATIONEM
ET · LOCVM · MONVMENTI
DECREVIT

CCLII. (Offlagae in finib. Brix.)

QVIETI · ET · MEMORIAE
GEORGI · DESIDERAE
ARCHIPRESB · OFFLAGENSIVM
PER · ANNOS · XXXV ·
CVIVS · BENIGNITAS · ERGA · EGENOS
QVOTIDIANA
IN · SVMMA · CARITATE · ANNONAE
BIS · VSQVE · AD · LARGITATEM · ENITVIT
DECESS · XVI · KAL · IVL · ANNO · M · DCCC · IIII ·
AEDE · CVRIALI · AVCTA · EXORNATA
MAGNISQVE · PIETATIS · SVAE · EXEMPLIS · POSTERITATI
RELICTIS
CVRATORES · REI · MVNICIPALIS
BENE · MERENTI
POSVERE

CCLIII. (Comesani)

HEIC · SITVS · EST
SANCTES · ANT · F · GRVMELLIVS
DOMO · RVDIANO
ARCHIPRESB · ANNOR · XIII ·
OMNIBVS · MVNERIS · SVI · CVRIS · OFFICIISQVE
INFIRMA · ETIAM · VALETVDINE
ADSIDVE · ATQVE · IN · EXEMPLVM · PERFVNCTVS
CVIVS · ET · DE · PARSIMONIA · TENVIQVE · VICTV
TEMPLVM · HONORIS · EIVS
PAVLLATIM · ADCREVIT · EXORNATVMQVE · EST
VIX · ANN · XXXXVIII · M . VI ·
OMNIVM · BONORVM . AMOREM · MERITVS
DEC · III · KAL · OCT · AN · M · DCCC · VIIII ·
IOSEPHVS · ARCHIPR · ET · HIERONYMVS
FRATRI . PIENTISSIMO · B · M ·
FAC · CVR ·
AVE · ET · VALE · IN · PACE · ☧

CCLIIII. (in finib. Brix.)

QVIETI · ET · MEMORIAE
IOANNIS · MARIAE · METELLI
DOMO · TRENZANO
ARCHIPRESBYT · BRANDICENSIS
DE · ECCLESIA · SVA
TEMPLO · RESTITVTO
SACRARIO · LOCVPLETATO
OPTIME · MERITI
QVI · VIX · ANN · XXXXVI · M · II ·
DEC · III · KAL · OCT · AN · M · DCC · LXXXXII ·
HONORIS · SVI · NONO
KAROLVS · ET · ANTONIVS · METELLI
FRATRI · KARISSIMO · B · M ·
FAC · CVR ·
VALE · IN · PACE · ☧

CCLV. (in agro Brix.)

OSSA · HEIC · SITA · SVNT
IVLII · RAGNI · PRESBYTERI
ANTIQVAE · PIETATIS · ET · INNOCENTIAE
QVEM · CONSILIO · ATQVE · OPERA
IN · ANIMIS · CIVIVM · PACANDIS
INOPIAQVE · EGENORVM · LEVANDA
PLVRIMVM · PATRIAE · PROFVISSE
OMNES · CONSENTIVNT
VIX · ANN · LXXI · M · XI · D · XVIII ·
DECESS · III · KAL · DEC · AN · M · DCCC · IIII ·
LOCO · EI
EX · PLEBISCITO · AD · SEPVLTVRAM · DATO
IN · IPSA · AEDE
QVAM · CVRA · ET · INSTANTIA · SVA
PRAEFECTVS · OPERI · PERFICIVNDO
EXAEDIFICATAM · RELIQVERAT

CCLVI. (in finib. Brix.)

ANDREAE · ANDREOLATIO
DOMO · BRIXIA
PRAEPOSITO · ECCLESIAE · GVSSAGENSIS
VICARIA · POTESTATE
VIRO · FRVGI
PIETATE · ET · PRVDENTIA
SPECTATISSIMO
QVI · VIXIT · ANN · P · M · LXI ·
DEC · PRIDIE · NON · APR · AN · M · DCCC · VII ·
SVPELLECTILI · SACRA
IN · VSVM · TEMPLI · SVI · LEGATA
ET · OMNI · SVBSTANTIA
IN · PLEBIS · SVBSIDIVM · TRANSMISSA
HVIC · HONORIS · VIRTVTISQ · CAVSSA
ORDO · ET · POPVLVS · LOCVM · SEPVLTVRAE
ET · TITVLVM · DECREVIT

CCLVII. (Calcii)

OSSA · HEIC · SITA · SVNT
PETRI · BVZZI · ARCHIPRESB ·
VICARIA · POTESTATE · EXORNATI
DOCTORIS · THEOLOGI
CVIVS · MAGISTERIO · EXEMPLIS · CONSILIIS
VICTORIANA · ECCLESIA · PER · ANNOS · XXXXVI ·
AD · OMNEM · VIRTVTEM · ET · SANCTIMONIAM
INSTITVTA · EST
PIVS · VIXIT · ANN · P · M · LXXVI ·
OB · NOVVM · QVOQVE · HONORIS · SVI · TEMPLVM
MOLITIONE · NVNQVAM · INTERMISSA · EDVCTVM
ET · DOMVM · SVCCESSORIBVS · EXTRVCTAM
PRAECLARE · MERITVS
DEC · IN · PACE · ☧ · XVII · KAL · MAIAS
ANNO · M · DCCC · X ·
CVRIA · VNIVERSA · FVNVS · PVBLICVM · LAVDATIONEM
ET · LOCVM · SEPVLTVRAE · DECREVIT

CCLVIII. (apud Calcinatenses in finib. Brix.)

HEIC · SITVS · EST
PETRVS · IAC · F · VBERTIVS
DOMO · LEONATO
VIR · MVLTARVM · LITTERARVM
QVI · MEDICINAM · PROFESSVS · CLINIC ·
EGENO · IDEM · ET · DIVITI
STVDIVM · AEQVE · SVVM · ET · OPERAM · CONTVLIT
PVERISQVE · COMPLVRIBVS · ARTE · NOVA
VITAM · AB · INFANTIA · PROPAGAVIT
ABSTINENTIA · VBIQVE · ET · COMITATE · CARVS · OMNIBVS
VIXIT · ANN · XXXXVI · TANTVM
MARITVS · CONCORS
PATER · FAMILIAS · DILIGENTISSIMVS
CVI · MORBVS · EX · AEGRORVM · CVRA · CONTRACTVS
FINEM · ADTVLIT · III · KAL · MARTIAS
ANNO · M · DCCC · VII ·
HVIC · CALCINATENSES · TVTELA · EIVS · DIVTVRNA · VSI
HONORIS · PIETATISQVE · CAVSSA
MONVMENTVM · ET · TITVLVM · DECREVERE

CCLVIIII. (Cizzagi in finib. Brix.)

CINERIBVS · ET · MEMORIAE
PETRI · LVCCHETTI
DOMO · TRAVALIATO
ARCHIPRESBYTERI
QVI · ECCLESIAE · SVAE · PRAEFVIT
ANNOS · XX ·
VIGILANTIA · SVMMA · PIETATE · PARI
SCVTATIS · D · N · TEST · LEGATIS
VTI · EX · REDITV · EORVM
EGENI · ALERENTVR
DEC · VII · KAL · MAIAS · AN · M · DCCC · I ·
VTIQVE · IVSSIT
PROPE · MATREM · CONDITVS · EST
QVAM · ANTE · ANNVM · COMPOSVERAT

CCLX. (Calvisani in agro Brix.)

BALTH · CAMILLO · POMP · F · ZAMBONIO
DOMO · MONTE · CLARENSI
ARCHIPR · CALVISANENSIVM · ANN · XXVI ·
VIRO · AB · ADOLESCENTIA · FRVGI
ET · CVPIDO · LITTERARVM
QVEM · BRIXIA · IN · GLORIAM · IPSA · SVAM
ALVIT · COLVITQVE
VIXIT · ANN · LXXIII · M · VIII · D · XV ·
CLARISSIMO · CVIQVE · SCRIPTORVM
PER · ITALIAM · CARVS
SCRIPTOR · IDEM · OPERVM · LECTISSIMORVM
APVD · OMNES · PROBATVS
DEC · XII · KAL · APR · AN · M · DCC · LXXXXVII ·
CVIVS · FVNVS
AB · ECCLESIA · EIVS · MVLTIS · LACRIMIS
HONESTATVM · EST

CCLXI. (in finib. Brix.)

OSSA · HEIC · SITA · SVNT
IOAN · BAPTISTAE · BARPTOL · F · REDONDI
☧ ARCHIPRESBYTERI ☧
VRCEANORVM · VETERVM
CVIVS · LIBERALITATE · TEMPLVM · HONORIS · EIVS
SACRA · SVPELLECTILI · LOCVPLETATVM · EST
PVELLISQ · E · PLEBE · LVDVS
AD · INSTITVTIONEM · APERTVS
VIX · ANN · P · M · LXXIIII ·
VALETVDINE · INFIRMA · ANIMO · INVICTO
DECESS · III · NON · OCTOBRES · ANNO · M · DCCC ·
DE · POPVLO · SVO · QVEM · ALIENA · QVOQVE · OPERA
EXCOLENDVM · CVRAVIT
EGREGIE · MERITVS
HVIC · VIRTVTIS · PIETATISQVE · CAVSSA
COGNATIO · OMNIS
MONVMENTVM · DEDICAVERE

CCLXII. (Virolae)

A OSSA · HEIC · SITA · SVNT Ω
IACOBI · BIGNOTTI · PRAEP · VIC · POT ·
PER · ANN · XXXVIII ·
POSTQVAM · BRIXIAE · QVADRIENNIVM
TANTO · MVNERI · CVRIO · PRINCIPIS · TEMPLI
EGREGIE · PRAELVSISSET
VIX · ANN · LXXIII · M · X · D · I ·
PARENTIS · PVBLICI · NOMEN · MERITVS
EGENIS · INOPIA · LEVATIS
IVVENTVTE · OPTIME · INSTITVTA
ANIMIS · CIVIVM · AD · PIETATEM · EXCVLTIS
DEC · PR · ID · MAIAS · AN · M · DCCC · XII ·
CVI · MONVMENTVM · MVNICIPES
CVM · LACRIMIS
HONORIS · PIETATISQVE · CAVSSA
FAC · CVR ·



CCLXIII. (Romae)

A ☧ Ω

FRANCISCVS · DE · DOMINICIS
DOCTOR · THEOLOGVS
CANON · AEDIS · NICOLAI
AD · CARC · TVLL ·
QVAESTOR · CLERI · ROMANI
ANNI · M · DCC · LXXXIIII ·
HEIC · CONDITORIVM · MIHI · VIVENS · FECI
NAM · TVA · IN · AEDE
VIRGO · SANCTA · DEI · MATER
QVAM · COLVI · ET · COLAM · AMORE · SEMPITERNO
OSSA · MEA · QVIESCERE · VOLO
VBI · ET · SODALES · INTER
QVI · PVERIS · CHRISTIANAM · AD · DOCTRINAM
RECTE · INFORMANDIS · PRAESVNT
FVNGOR · PRAEFECTI · ATQVE · ADIVTORIS · MVNERE

CCLXIIII. (Mediolani)

QVIETI · ET · MEMORIAE
FIDELIS · ROCCHI
VIRI · PIENTISSIMI
DOMO · FANANO · MVTINENS ·
INTER · FRANCISCALES · SVOS
MAGISTRI · ORNAMENTARI
IN . SACRIS · EXPEDITIONIBVS · PER · THRACIAM
ANNOS · XVIII · CVM · LAVDE · VERSATI
ET · INTER · MOLDAVOS · ANN · XI · PRAEFECTVRA
SANCTE · PERFVNCTI
QVEM · IN · MAGNIS · BELLI · PERICVLIS
OB · SINGVLAREM · VIGILANTIAM · INSIGNEMQVE · PRVDENTIAM
PLERAEQVE · GENTES · PATREM · PATRIAE · APPELLARVNT
VIX · ANN · LIII · MVLTIS · PRO · ECCLESIA
LABORIBVS · EXANTLATIS
ET · DE · TEMPLO · IN · QVO . CONDITVS · EST
OPTIME · MERITVS
DECESS · IASSI · VI · IDVS · SEPT · AN · M · DCC · LXXXXV ·
HVIC · SODALES · CORPORE · EIVS · TRANSLATO
HONORIS · PIETATISQVE · CAVSSA · MON · FAC · CVR ·

CCLXV. (in agro Cremonensi)

A QVIETI · ET · MEMORIAE Ω
THEODOSI · IAC · F · SCHOTTI
A · TVRRI · PALLAVICINA
PRAESIDIS · ECCLESIAE · ISENGHENSIS
PER · ANNOS · XV ·
IN · QVO · CVRA · ANIMORVM · INSIGNIS · FVIT
ET · ERGA · EGENOS · BENIGNITAS
PERPETVO · ENITVIT
VIX · ANN · P · M · LXII ·
DEC · V · IDVS · OCTOBRES · AN · M · DCCC · XI ·
PETRVS · ET · BARPTOLEMAEVS
FRATRI · PIENTISSIMO · B · M ·
CVM · LACRIMIS · POSVERE

CCLXVI. (Faliscoduni)

QVIETI · ET · MEMORIAE
PETRI · PIANETTI · PRESB ·
DOMO · VELITRIS
MAGISTRI · PIETATIS
SACRO · SEMINARIO · EXCOLENDO
QVI · ANIMORVM · REGVNDORVM · LABOREM
PATRIAE · COMMODIS · ANTETVLIT
IOSEPHVS · GARAMPIVS · CARDINALIS
EPISC · FALISCODVN ·
ADMINISTRO · IN · EXEMPLVM · SANCTISSIMO
ORDO · ALVMNORVM
PARENTI · SALVTIS · SVAE
CVM · LACR · POS ·
QVI · VIX · ANNOS · P · M · LX ·
DEC · IIII · KAL · DECEMBRES · AN · M · DCC · LXXXII ·
MAGNO · SVI · DESIDERIO
APVD · OMNES · RELICTO
AVE · ANIMA · PIENTISSIMA · ET · VALE · IN · PACE · ☧



CCLXVII. (Rovati)



QVIETI · ET · MEMORIAE
KAROLI · GATTI
PRAEP · ECCL · N · VIC · POT ·
DOMO · PALATIOLO
DOCTORIS · THEOLOGI
CVIVS · CARITAS · FACVNDIA · LABOR · ADSIDVVS
PER · ANNOS · XXXVI ·
EXEMPLO · OMNIBVS · ET · SALVTI · FVIT
VIX · ANN · LXV ·
VIR · PIETATE · ET · ABSTINENTIA · INSIGNIS
DEC · ID · APR · AN · M · DCCC · XIII ·
ELATVS · FVNERE · PVBLICO
ET · OMNIVM · LACRIMIS

CCLXVIII. (Vico Iovis)

HEIC · SITVS · EST
IOACHIMVS · COEGLIO
NAT · BRASIL ·
SOCIETATEM · IESV
EXSVL · IN · ITALIAM
SEQVVTVS
QVI · DIV · IN · PAGO · MAGISTER · LVDI · LITTERARI
PVEROS · SANCTE · INSTITVIT
IDEM · CVSTOS · SACRARI · IN · QVO
ET · CONDI · VOLVIT
CELLAM · AMPLIANDAM · ORNANDAM
CVRAVIT
PIVS · VIXIT · ANN · P · M · LIII ·
DECESS · VIII · KAL · DEC · AN · M · DCC · LXXXV ·
OMNI · SVBSTANTIA · SVA · EGENIS · RELICTA
AVE · IN · PACE · ☧
SACERDOS · CASTISSIME
ET · VALE



CCLXVIIII. (in agro Brix.)

H · S · E ·
ANTONIVS · LAELI · F · BECCALOSSIVS
SODALIS · PHILIPPIANVS
VIR · DOCTRINA · ET · FACVNDIA · SVMMVS
PIETATE · MAIOR
MVLTIS · IDEM · EXANTLATIS · LABORIBVS
DE · ECCLESIA · PER · ITALIAM · OPTIME · MERITVS
QVEM · PLVRA · IN · DIES · CONANTEM
MAXIMO · BONORVM · LVCTV
PR · KAL · DEC · AN · M · DCC · LXXXXV · MORS · INTERCEPIT
VIX · ANN · LVI · M · III · D · XXVIIII ·
ORDO · GARDONENSIVM
FVNERE · GEMINO · ATQVE · OMNIBVS · HONORIBVS · DECRETIS
TITVLVM · CVM · LACRIMIS · POSVIT
CIVI · CARISSIMO · SVAVISSIMO

CCLXX. (Brixiae in suburb.)

QVIETI · ET · MEMORIAE
CHRISTOPHORI · PILATI · PRESB ·
A · COMMENTARIIS · SODAL · ARVAL · BRIXIANOR ·
DE · HISTORIA · NATVRALI · EGREGIE · MERITI
CVIVS · SVMMA · DOCTRINA · PIETATE · PARI
CVMVLATA · EST
VIXIT · ANN · LXXXIIII · M · VIIII · D · VIIII ·
MVLTIS · IN · ANIMORVM · CVLTVRA · LABORIBVS · EXANTLATIS
ET · OMNI · STVDIO · INDVSTRIA · OPERA
TANTAE · MOLIS · TEMPLO · EXAEDIFICANDO · ORNANDO
PER · DECENNIVM · IMPENSIS
DECESS · IN · PACE · ☧ · VIIII · KAL · AVG · AN · M · DCCC · V ·
HVIC · CVRIA · VNIVERSA
HONORIS · VIRTVTISQVE · CAVSSA
LOCVM · SEPVLTVRAE · DECREVIT

CCLXXI. (Romae ad Venantii)

H · S · E ·
IOANNES · ANTINORIVS
D · N · PII · VI · ARCHIT ·
QVEM · VRBS · AB · ADOLESCENTIA
ARTIBVS · EXCVLTVM
ET · LVSITANIAE · CONCESSVM
MAGNIS · OPERIBVS · CLARVM
LAETA · RECEPIT
VIXIT · ANNOS · LVIII ·
INTEGER · INTEGROS
DEC · VIII · KAL · IVL · AN · M · DCC · LXXXXII ·
SIGNIS · BASIBVSQVE · AREAE · QVIRINALIS
MIRO · AVSV · A · FRONTE · REFLEXIS
ET · VRBE · OBELISCIS · TRIBVS · ORNATA
ORDO · CAMERTIVM
CIVI · OPTIME · MERITO
HONORIS · PIETATISQ · CAVSSA
FAC · CVR ·

CCLXXII. (Romae)

HEIC · SITVS · EST
ANTONIVS · RAPHAEL · MENGS
NAT · SAXO · AVSINGHAE · IN · BOHEM · ORTVS · INCOLA · ROMANVS
EQVESTRI · DIGNITATE · EXORNATVS · ARTIFICVM · LVCANOR · MAGISTERIO · PERFVNCTVS
PICTOR · SVI · TEMPORIS · PRIMVS
QVEM · REX · POLONIAE · AVGVSTVS · III · ADOLESCENTEM · SIBI · PINGERE · IVSSIT
DEINCEPS · REX · HISPANIAR · KAROLVS · III · CATHOLICVS · PRINCIPEM · PICTORVM
SVORVM · DIXIT · ET · REGIA · MVNIFICENTIA · DITAVIT
VIXIT · ANN · LI · MENS · III · DIES · XVII ·
MORIBVS · INTEGER · IN · CATHOLICA · PROFESSIONE · CONSTANS
ARTE · INGENIO · SCRIPTIS · OMNEM · LAVDEM · SVPERGRESSVS
OPERA · EIVS · EXIMIA · VDO · ILLITIS · COLORIBVS · AVT · IN · LINTEO · PICTA
VISVNTVR
ROMAE · MANTVAE · CARPETAN · LONDINI · DRESDAE · GENVAE · FLORENTIAE . NEAPOLI
IOANNES · MARIA · RIMINALDVS · PRESB · CARD ·
CVRATOR · LIBERORVM · ET · FAMILIAE · EIVS
MONVMENTVM · SVA · IMPENSA · FECIT · ET · IMAGINEM · E · CENOTAPHIO
EXPRESSAM · QVOD · AD · PANTHEON · MERITVS · EST · DEDICAVIT
AMICO · OPTIMO · ET · PATRI · FAMILIAS · INDVLGENTISSIMO
QVI · DECESSIT · III · KAL · IVL · ANNO · M · DCC · LXXVIIII ·
TE · IN · PACE · ☧



CCLXXIII. (Brixiae)

A CINERIBVS · ET · MEMORIAE Ω
KAROLI · FRANC · F · RONCALLI · PAROLINI
POETAE · CLARISSIMI
ADLECTI · IN · COLLEGIA · PLERAQVE · SODALIVM · LITTERATORVM
QVOIVS · INTEGRITAS · ET · RELIGIO
SVMMAM · ERVDITIONIS : LAVDEM · CVMVLAVIT
PIVS · VIXIT : ANNOS · LXXVIIII · M · VIII · D · IIII ·
CIVIS · PATRIAE · AMANTISSIMVS
DECESS · VIII · KAL · DECEMBR · ANNO · M · DCCC · XI ·
ZAMBELLI · FRATRES · HEREDES
MON · POSVERE
SENIORI · CARISSIMO · B · M ·

CCLXXIIII. (apud Rhodiginos)

A ☧ Ω

QVIETI · ET · MEMORIAE
BLASI · GIANOLAE
VIRI · ERVDITISSIMI
ET · VI · ANIMI · INGENIIQVE · LAVDE · PRAESTANTIS
QVI · MEDICINAM · PROFESSVS · CLINICEN
VINDEX · PVBLICAE · VALETVDINIS · FVIT
EGENVMQVE · IDEM · ET · DIVITEM · STVDIO · PARI
IVVIT · SERVAVIT
IN · ERGASTERIIS · DEMVM · STRENVE · VERSATVS
QVVM · MISERORVM · MVLTORVM · SALVTI
PERICVLO · SVO · PROFVISSET
MORBO · AFFECTVS · ALIENO
CONCORDISSIMIS · FRATRIBVS · ET · CIVITATE · VNIVERSA
MOERENTIBVS
MORTEM · INVICTO · ANIMO · OPPETIIT
VITAE · CONSENTANEAM
QVAM · INTEGRITAS · ABSTINENTIA · RELIGIO
PERPETVO · EXORNARANT
ELATVS · EST · ANNVM · AGENS · XXXXVIII ·
X · KAL · MART · AN · M · DCCC · XIII ·
FVNERE · FREQVENTISSIMO · ET · OMNIVM
LACRIMIS · HONESTATO
AMICI · VETERES · CIVI · EGREGIO · B · M ·
MONVMENTVM
FAC · CVR ·

CCLXXV. (Romae)

DOMINICVS · ANT · F · CVNEGO
DOMO · VERONA
HEIC · SITVS · ESSE · VOLO
PICTOR · FVI · PROBABILIS
IDEM · SCALPTOR · LINEARIS · AERE · CAELANDO
PRIMVS · VERONENSIVM · DOCENTE · NEMINE
NEC · IN · VRBE · IGNOBILIS
EXEMPLA · NOSTRA
SI · QVAM · FACIVNT · FIDEM
AT · O · VOS · VALETE · SVPERSTITES
FILII · CARISSIMI
ET · QVVM · ME · COMPOSVERITIS
PACEM · PIE · PRECATI
ANNOS · PERACTAE · VITAE
ADSCRIBITE
PATRI · AMANTISSIMO
B · M ·

CCLXXVI. (Brixiae)

QVIETI · ET · MEMORIAE
PETRI · CONSTANTI · F · HYPPOLITI · N · CNEOCCHI
PRESBYT · CIVIS · BRIXIANI
DOMO · ALFIANELLO
PHONASCI · ET · HYDRAVLAE · AETATIS · SVAE
PRAESTANTISSIMI
QVO · AVCTORE · ET · MAGISTRO
SACRI · ECCLESIAE · CONCENTVS · IN · MIRABILES · MODVLOS · EXCREVERE
VIXIT · ANN · LXXXXIIII ·
MVLTARVM · LINGVARVM · SERMONES
MORESQVE · HOMINVM · ET · REGIONVM · HISTORIAM · EDOCTVS
DECESS · PR · NON · SEPT · AN · M · DCCC · II ·
CVI · COLLEGIVM · MAXIMVM · CANONICOR · BRIX ·
HONORIS · CAVSSA
FVNVS · ET · LOCVM · SEPVLTVRAE
DECREVIT

CCLXXVII. (Mediolani)

QVIETI · ET · MEMORIAE
ANTONII · FRANC · F · CAPRETTAE
ORTV · VENETI · CIVITATE · BRIXIANI
SVMMIS · HONORIBVS · APVD · CIVES · ALTEROS
IN · EXEMPLVM · PERFVNCTI
QVI · PRVDENTIAE · FIDEI · INTEGRITATIS · LAVDEM
SINGVLARI · ERGA · INIMICOS · BENEFICENTIA
CVMVLAVIT
VIXIT · ANN · $\overline{LXVI}$ · VTILIS · MVLTIS · CARVS · BONIS · OMNIBVS
IN · CONSILIVM · REGNO · ADMINISTRANDO · ADSCITVS
PRINCIPIS · AVG · IVDICIO
A · QVO · ET · MENSAE · HONORE · DIGNATVS
ET · DONO · INSIGNI · LITTERISQVE · REGIIS · HONESTATVS · EST
MORTEM · OBIIT · INVICTVS · MEDIOLANI · $\overline{XIIII}$ · KAL · NOV · ANNO · $\overline{M}$ · $\overline{DCCC}$ · $\overline{V}$ ·
CVIVS · FVNVS · PVBLICVM · PRIMORES · COLLEGARVM
MOERORE · ET · LACRIMIS · PROSEQVVTI · SVNT
MAGDALENE · BETTOLINIA
TITVLVM · POSVIT
PARENTI · OPTIMO · INDVLGENTISSIMO

CCLXXVIII. (Offlagae in finib. Brix.)

QVIETI · ET · MEMORIAE
ANTONI · BARBISONI · V · C ·
DOMO · BRIXIA
GENTIS · SVAE · POSTREMI
QVI · MAIORVM · SVORVM · GLORIAM
PIETATIS · LAVDE · CVMVLAVIT
DECESSIT · $\overline{VIII}$ · IDVS · NOV ·
ANNO · $\overline{M}$ · $\overline{DCCC}$ ·
BENE · DE · EGENIS · PLERISQVE
OPTIME · DE · PLEBE · OFFLAGENSI · MERITVS
TRVSSIAE · SORORES
QVAE · ET · HEREDES
AVVNCVLO · DESIDERATISSIMO
CVM · LACR · POS ·

CCLXXVIIII. (Claris)

PIETATI · ET · MEMORIAE
ANDREAE · IOAN · F · COMETTI
DOMO · BERGOMO
INCOLAE · CLARENSIS
MORIBVS · RELIGIOSIS · ET · VITAE · INTEGRITATE
AB · ADOLESCENTIA · PROBATISSIMI
QVI · ADLECTVS · INTER · MAGISTROS · DOCTRINAE · CHR · TRAD ·
ET · SCRIBA · PVBLICVS · DESIGNATVS
PER · ANNOS · XXXII ·
OPERAM · COLLEGIS · SVAM · STVDIVMQVE
NAVAVIT · EGREGIE
VIXIT · ANN · LXXXVII · M · I · D · XVIIII ·
EXCESS · IIII · NON · DEC · AN · M · DCCC · I ·
IN · PACE · ☧
L · D · D · C ·

CCLXXX. (apud Centenses)

CINERIBVS · ET · MEMORIAE
HIERONYMI · GVARALDI
MEDICI · CHIRVRGI
AETATIS · SVAE · PRAESTANTISSIMI
QVEM · GENVAM · VSQVE · OB · ARTIS · FAMAM
AD · VIRI · PRINCIPIS · CVRAM · EVOCATVM
MOLESTIA · CITATI · ITINERIS · CONFECTVM
SVBITI · VIS · MORBI · REDVCEM
SVSTVLIT
MAGNO · BONORVM · LVCTV
EGENTIVM · MAXIMO
QVIBVS · GRATVITA · NVNQVAM · OPERA · DEFVIT
DECESSIT · KAL · SEPT · AN · M · DCC · LXXXXV ·
ORDINIS · CENTENSIVM · ET · LITTERATORVM
DELICIAE · ET · AMOR
THERESIA · BENOTTIA · VXOR
CVM · LACRIMIS · FECIT
MARITO · OPTIMO · PIENTISSIMO

CCLXXXI. (Brixiae)

QVIETI · ET · MEMORIAE
FRANCISCI · ZVLIANI · GIBELLINI
DOMO · PADENGHIS
MEDICI · AETATIS · SVAE · PRAESTANTISSIMI
DOCTORIS · DECVRIALIS · LYCEI · MAGNI
PRAEPOSITI · PER · PROVINCIAM · SANITATI · TVENDAE
QVO · PVBLICAE · VALETVDINIS · VINDICE
CLARENSES · IN · ANNVM · DECIMVM
BRIXIANI · IN · ANNVM · VICESIMVM · SEXTVM
VSI · LAETATIQVE · SVNT
VIXIT · ANN · LXIII ·
SCRIPTIS · SVIS · INVENTISQVE
DOCTORVM · LAVDES · VBIQVE · MERITVS
EOQVE · NOMINE
IN · SVMMA · PER · EVROPAM · COLLEGIA
COOPTATVS
DECESS · IN · PACE · ☧ · IIII · IDVS · FEBR · ANNO · M · DCCC · VI ·
HEREDES · FRATRI · DESIDERATISSIMO · B · M ·
POSVERE



CCLXXXII. (in finib. Brix.)

OSSA · HEIC · SITA · SVNT
PETRI · FORESTI · COCCALIENSIS
MEDICINAE · PROFESSIONE
ET · MVLTARVM · ARTIVM · AC · DISCIPLINARVM · SCIENTIA · CLARISSIMI
QVEM · PATRIA · CARITATEM · EIVS · ET · LIBERALITATEM
VSQVE · AD · EXITVM · EXPERTA
ET · VIVENTEM · SVSPEXIT · ET · AMISSVM · DOLET
PIVS · VIXIT · ANNOS · LXXIIII ·
INGENI · LAVDE · ET · INNOCENTIA · VITAE
CARVS · OMNIBVS
DECESS · III · NONAS · MARTIAS
ANNO · M · DCCC · VI ·
ELATVS · FVNERE · PVBLICO
ET · CIVIVM · LACRIMIS · HONESTATVS

CCLXXXII. (Padernelli in agro Brix.)

BARPTOLEMAEO · MARTINENGO · V · C ·
QVI · MAIORVM · LAVDES · AB · ADOLESCENTIA · AEMVLATVS
RELIGIONE · ERGA · DEVM
CARITATE · ERGA · PATRIAM · PRAEVERTIT
MORIBVS · IDEM · SVAVISSIMIS · ET · MITISSIMO · INGENIO · PRAEDITVS
CIVIVM · OMNIVM · BENEVOLENTIAM · PROMERVIT
DEQVE · OPIBVS · SVIS
PERPETVVS · PLEBIS · ET · CLIENTIVM · SOLATOR
PARENTIS · PVBLICI · LOCVM · ET · NOMEN · OBTINVIT
VIX · ANN · LXXXVI · M · VI · D · XIII ·
DEC · BRIXIAE · PR · IDVS · FEBR · AN · M · DCC · LXXV ·
CVIVS · CORPVS · EX · TEST · AD · PADERNELLENSES · SVOS
ATQVE · IN · AEDEM · TRANSLATVM · EST
QVAM · IPSE · AB · INCOHATO · EXSTRVXERAT
HIERONYMVS · SILVIVS · ANNO · M · DCCC · IIII ·
PATRVO · MAGNO · BENE · MERENTI
TVMVLVM · PIETATIS · CAVSSA · EXORNANDVM
CVRAVIT



CCLXXXIII. (Mantuae)

ANSELMO · PETRI · F · ZANARDO
EX · CENTVRIA · DIVITVM · MANTVANORVM
QVEM · RELIGIO · IN · DEVM · CARITASQVE · ERGA · PATRIAM
INSIGNEM · REDDIDERE
MVNIFICENTIA · ET · LIBERALITAS
CIVIBVS · FAMILIAEQVE · COMMENDARVNT
VIXIT · ANN · LXXVI · MENSEM · ET · D · V ·
MARIANNA · GVERRIERI · F ·
CELLAM · ET · CONDITORIVM · V · F ·
VIRO · DVLCISSIMO · PIENTISSIMO
QVO · CVM · VIX · ANN · XXXVIIII ·
SINE · QVERELA
ET · SIBI
VT · SOCIOS · TVMVLVS · CINERES · SIC · AVLA · BEATAM
FAC · TECVM · AD · SVPEROS · VNA · ANIMAM · ACCIPIAT

CCLXXXV· (Mantuae)


A QVIETI · CORPORIS · ET · MEMORIAE Ω
IOSEPHI · PAVLLI · F · ARRIVABENI
ADLECTI · INTER · CHIRVRGOS · ET · MEDICOS
VIRI · INTEGERRIMI
LVCRI · CONTEMPTV · ET · OPITVLANDI · STVDIO · CLARISSIMI
CVIVS · ARS · IN · ERGASTVLO · QVOQVE
MILITVMQVE · VALETVDINARIS · PERDIV · VERSATA
MVLTIS · SALVTI · FVIT
VIXIT · ANNOS · XXX · TANTVM
ALIENI · VI · MORBI · QVAE · TERTIVM · ADORTA · EST
PR · ID · IAN · AN · M · DCCC · XII ·
COGNATIONE · TOTA · ET · EGENORVM · GREGE · MOERENTE
PROSTRATVS
ANIMO · IPSE · INVICTO · VIRTVTE · PARI
FRATRES · HEREDES · SORORESQVE · OMNES
QVAS · TESTAMENTO · HONORAVIT
AD · LVCTVM · ET · LACRIMAS · RELICTI
MONVMENTVM · POSVERE · FRATRI · DVLCISSIMO
BIS · AVCTORI · RECIPERATAE · VALETVDINIS
DEQVE · FAMILIA · VNIVERSA · OPTIME · MERITO

CCLXXXVI· (Claris)

PAVLLO · IOAN · F · PAVL · N · BETTOLINIO
VIRO · RELIGIOSO
ET · IN · IVVENTVTE · PRVDENTIAE · LAVDE
FLORENTI
QVEM · AMOR · CONIVGIS · ET · LIBERORVM
IN · RE · FAMILIARI · TVENDA
NAVVM · PROVIDVMQVE · REDDIDIT
VIXIT · ANNOS · XXXI · M · VIII · D · XXVI ·
NVLLI · GRAVIS
SOLATOR · INOPIAE · MISERORVM
DECESSIT · NONIS · NOVEMBR · AN · M · DCCC · VII ·
MAGDALENE · VXSOR · COMPOSVIT
DESIDERIO · ET · LACRIMIS · PROSEQVVTA

CCLXXXVII. (Cremonae)

KAROLO · THOM · F · CARENO
DOMO · VAILATE
VIRO · ANTIQVAE · VIRTVTIS
QVI · MEDICINAM · QVVM · CALLERET · EGREGIE
AVCTVS · SACERDOTIO
IN · SALVTEM · EGENTIVM · ARTE · VSVS · SVA
SVBSIDIVM · MISERIS · DVPLICABAT
SOLATOR · CORPORVM · ET · ANIMORVM
VIX · ANN · P · M · LXXI ·
FRVGI · INNOCENS · RELIGIOSVS
ABIITQVE · AD · CAELESTES · IIII · ID · IANVAR · ANNO · M · DCCC · X ·
AVE · ET · VALE · ANIMA · PIENTISSIMA · IN · PACE · ☧
CAESAR · ALOISIVS · MAGIVS
TITVLVM · B · M · ADSCRIBI · IVSSIT



CCLXXXVIII. (Leonati)

MEMORIAE · ET · QVIETI
FRANCISCI · GERARDI
DOMO · LIMONE
INCOLAE · LEONATENSIS
VITAE · INTEGRITATE · ET · INGENI · LAVDE
LINGVARVM · ETIAM · IVRISQVE · SCIENTIA
CIVIVM · NOVORVM · AMOREM · MERITI
QVEM · PATREMFAMILIAS · DILIGENTISSIMVM
ET · PERPETVA · VIRTVTE · SIBI · CONSTANTEM
RES · ADVERSAE · PERDIV · PROBAVERE
PIVS · VIX · ANN · LII ·
CARITATE · ERGA · LIBEROS · ET · MISERICORDIA · ERGA · EGENTES
IN · EXEMPLVM · INSIGNIS
DEC · VIII · ID · MAIAS · AN · M · DCCC · XIII ·
GERARDI · FRATRES
PETRVS · ET · KAROLVS · IOAN · ANTONIVS · ET · IOAN · BAPTISTA
CVM · SORORIB · SVAVISS · FRANCISCA · ET · ALOISIA
PARENTI · OPTIMO · DESIDERATISSIMO · MOERENTES
FAC · CVR ·

CCLXXXVIIII. (Romae)

EVSEBIO · ANT · F · PETRARCHAE · I · C ·
PATRONO · DECVRIALI · SACRI · PALATI
VIRO · FRVGI · RELIGIOSO · AEQVI · OBSERVANTISSIMO
QVEM · IN · CVRIS · FORENSIBVS · INGENI · LAVDE · FLORENTEM
LITTERARVM · SCIENTIA · ET · MVLTARVM · DOCTRINARVM · COGNITIO
CLARISSIMVM · FECIT
SVMMISQVE · IVDICIBVS · COMMENDAVIT
PIVS · VIXIT · ANN · LXXV · M · X · D · IIII ·
CLIENTIBVS · VTILIS · CARVS · OMNIBVS
DECESS · IIII · IDVS · AVG · AN · M · DCC · LXXXXII ·
M · ANTONIVS · CANON · EVSTACHIAN ·
CVM · SEVERINO · FRATRE
FECIT
PATRI · OPTIMO · B · M ·
ET · SIBI · POSTERISQVE · SVIS
LOCO · A · COLLEGIS · DATO

CCLXXXX. (Venetiis)



CINERIBVS · ET · MEMORIAE
EVGENI · ANT · F · COMICI
ADVOCATI · AD · LIT · ET · MALEF ·
VIRI · INTEGERRIMI
ET · IVRISCONSVLTI · SAPIENTISSIMI
CVIVS · DOCTRINA · MVLTIS · SALVTI
PIETAS · EXEMPLO · OMNIBVS · FVIT
VIX · ANN · LXXXIIII · M · VI ·
DECESSIT · VIIII · KAL · AVG · AN · M · DCC · LXXXVI ·
IOAN · ANTONIVS
BARPTOLEMAEVS FRATRES
FLAMINIVS COMICI
IOSEPHVS
PATRI · OPTIMO · BENE · MERENTI
CVM · LACRIMIS · POSVERVNT

CCLXXXXI. (Romae in Villa Matia)

HONORI · ET · MEMORIAE
IACOBI · PATRIS
OPTIMI · ATQVE · INDVLGENTISSIMI
MATII · FRATRES · POSVERE
RAPHAEL · CAN · S · MAR · TRANSTIB · A · CAERIM · PONTIF ·
FRANCISCVS · PRAEP · OFFIC · MONET ·
IOANNES · NATV · MINIMVS
VTI · IN · FVNDI · PATERNI · SACRARIO
QVOD · IDEM · CONDIDIT · ORNAVITQVE
SPECIES · QVOQVE · VIRI · ET · VIRTVTVM · LAVS · OCCVRRERET
ABSTINENTIAE · IN · PRIMIS · ET · FIDEI · IMMOBILIS · ERGA · PRINCIPEM
QVAS · PONTIFICES · MAXIMI · QVATVOR
PROBAVERE
PVBLICIS · IN · REBVS · OPERA · EIVS · ET · CONSILIO · VSI
PIVS · VIXIT · ANN · LXVI · M · X · D · V ·
PATER · FAMILIAS · DILIGENTISSIMVS
DEQVE · LIBERIS · EGREGIE · MERITVS
DECESSIT · KAL · NOV · AN · M · DCC · LXXXXI ·
IN · PACE · ☧

CCLXXXXII. (in agro Brix.)

H · S · E ·
IOAN · BAPTISTA · ANTONI · F · FACCIVS
DOMO · BRIXIA
PRAEF · SODAL · MARIAL · FOLZAN ·
QVI · MORIBVS · INTEGRIS · INGENIO · MITISSIMO
VIXIT · ANNOS · XXI · TANTVM
AETATEM · VIRTVTE · SVPERGRESSVS
DEC · VIIII · KAL · NOV ·
AN · M · DCC · LXXXXIIII ·
ANTONIVS · ET · STELLA · PARENTES
FILIO · DVLCISSIMO · PIENTISSIMO
F · C ·
AVE · ANIMA · SVAVISSIMA
IN · PACE · ☧

CCLXXXXIII· (Romae)

MEMORIAE
BENEDICTI · BARPT · F · CLARELLI · PANNINI · COM ·
DOMO · CENTO · PATRICIA · NOBILITATE
IN · EXERCITV · REGIS · GALLIARVM · DVCTORIS · ORDINVM
ET · POST · REGNI · VICEM
SECTATORIS · PARTIVM · OPTIMARVM
QVEM · BELLICIS · VIRTVTIBVS · ET · MILITARI · GLORIA
CLARISSIMVM
IN · IPSO · AETATIS · FLORE
ANNO · M · DCC · LXXXXIII · REDVCEM · AD · SVOS
ROMA · REQVISIVIT
ET · DVCEM · EGREGIVM · CAMPIQVE · DOCTOREM
SVMMVM · ALIQVAMDIV · EXPERTA
APVD · CORNETANOS · VI · MORBI · ABREPTVM
PVBLICO · FVNERE · ET · OMNIVM · LACRIMIS · LVXIT
III · VIRI · REIPVBLICAE · CONSERVANDAE
OB · MERITA · EIVS
AN · M · DCC · LXXXXIIII ·



CCLXXXXIIII· (Bergomi)

MEMORIAE
ALEXANDRI · BARCAE
EX · SODAL · SOMASC ·
ADLECTI · IN · COLLEGIA · PLERAQVE · ERVDITORVM
QVEM · PATAVINI · IVVENVM · CONVENTVS
PER · ANNOS · AMPLIVS · XXXX ·
OMNIS · IVRIS · EGREGIVM · MAGISTRVM · MIRATI · SVNT
EVNDEMQVE · OB · INSIGNES · ANIMI · VIRTVTES
SVMMO · OBSEQVIO · COLVERVNT
VIXIT · ANNOS · LXXIII · OTIOSVS · NVNQVAM
MATHESEOS · QVOQVE · STVDIIS
CREBRISQVE · MAGISTRATVVM · CONSVLTATIONIBVS
ATQVE · OPERVM · EDITORVM · FAMA · CLARISSIMVS
DEC · ID · IVN · AN · M · DCCC · XIIII ·
IOAN · ANDREAS · BARCA · TITVLVM · POSVIT · PATRVO · B · M ·

CCLXXXXV. (in finib. Mant.)

CINERIBVS · ET · MEMORIAE
IACOBI · FRANC · F · ACERBI
VIRI · REGIONIS · ATQVE · VICINITATIS · SVAE
EXISTIMATIONE · ET · VIRTVTE · PRINCIPIS
ADLECTI · INTER · IVRIS · CONSVLTOS
OMNIBVS · HONORIBVS · ET · MVNERIBVS · INTEGRE · FVNCTI
QVEM · INGENIVM · AD · OMNIA · VERSATILE
ET · RERVM · VRBANARVM · RVSTICARVMQVE · SCIENTIA
PATRIAE · PERVTILEM · REDDIDERE
PIVS · VIXIT · ANN · LXXX · MENS · VI ·
INVICTO · A · CVPIDITATIBVS · ANIMO
NVLLA · MOLESTIA · FRACTVS
COMITATE · ET · LEPORE · CARVS . CVIQVE
DEC · PR · NON · IVL · AN · M · DCCC · XI ·
FVNERE · EIVS · PLVRIMIS · CIVIVM · LACRIMIS · HONESTATO
MARIAMNE · RIVA · CONTRA · VOTVM · SVPERSTES
MARITO · INCOMPARABILI
FILI · VIIII · PATRI · OPTIMO · DESIDERATISSIMO
FAC · CVR ·
AVE · MAGNA · ANIMA · DECVS · LVMENQ · NOSTRVM
ET · VALE · IN · PACE · ☧

CCLXXXXVI. (Brixiae)

HEIC · IN · CEPOTAPHIO · SECVNDVM
ADQVIESCIT · CORPVS
LAVRENTII · GILBERTI
NEGOTIATORIS · LIBRARI
VIRI · FRVGI · INTEGERRIMI
NVLLI · GRAVIS
QVI · ET · QVAESTVRA · IN · SVBSIDIVM · EGENORVM · SANCTE · PERFVNCTVS · EST
NATVS · ANNOS · LXVI ·
CIVIVMQVE · AMOREM · ET · LACRIMAS · MERITVS
DECESSIT · IN · PACE · ☧ · VII · KAL · MART · AN · M · DCCC · X ·
ALOISIVS · FECIT
PATRI · OPTIMO · DESIDERATISSIMO

CCLXXXXVII. (Breni)

CINERIBVS · ET · MEMORIAE
THOMAE · IOAN · F · QVARTARI · V · C ·
MAGNIS · MVNERIBVS · ET · HONORIBVS
BRIXIAE · ATQVE · IN · PATRIA · SANCTE · PERFVNCTI
QVEM · DIFFICILLIMIS · TEMPORIBVS
IMMOBILIS · FIDES · FORTISSIMIS · VIRIS · AEQVAVIT
PACATIS · ERVDITIO · ET · DOCTRINA
INTER · PRIMORES · LITTERATORVM · EVEXIT
CLARVS · IDEM · INGENIO · ARTIBVS · SCRIPTIS
QVVM · CONSILIO · ET · BENIGNITATE
AMOREM · OMNIVM · DOMI · FORISQVE · MERITVS · ESSET
VIM · MORBI · SENSIT · INVICTVS
DIEMQVE · SVVM · IN · PACE · ☧ · OBIVIT
XVII · KAL · DEC · AN · M · DCCC · VII ·
ANNOS · NATVS · LXXII · M · X · D · VIIII ·
FILII · PATERNARVM · VIRTVTVM · MEMORES
XISTVS · IOSEPHVS · HLVDOVICVS · IOANNES
PARENTI · OPTIMO · INDVLGENTISSIMO · FAC · CVR ·
VIVIS · ADHVC · GNATIS · PATER · O · DVLCISSIME · VIVES
NAM · TVA · VIVENDI · VITA · MAGISTRA · FVIT

CCLXXXXVIII. (Brixiae)

QVIETI · ET · MEMORIAE
IOAN · MARIAE · FEBRARI · I · C ·
VIRI · FRVGI · PATRISFAMILIAS · DILIGENTISSIMI
QVEM · LITTERIS · DEDITVM · NEMO · VIDIT · OTIOSVM
GRAVITAS · ET · MODESTIA · SEMPER · ORNAVIT
VIXIT · ANNOS · XXXVI · TANTVM
CONSILIO · VTILIS · MVLTIS · CARVS · OMNIBVS
DECESS · PRID · KAL · APRILES
AN · M · DCCC · XIIII ·
VOLVMINIBVS · SVIS · BIBLIOTHECAE
QVIRINIANAE · TESTAMENTO · LEGATIS
VXSOR · CVM · LIBERIS
TITVLVM · MOERENS · POSVIT · MARITO · B · M ·

CCLXXXXVIIII. (Mediolani)

A HEIC · COMPOSITAE · EXSVVIAE · SVNT Ω

ALOISI · MOZZI · SOC · IESV

DOMO · BERGOMO

VIRI · PIENTISSIMI

ET · SVMMA · ERGA · OMNES · HVMANITATE

QVEM · INTEGRITAS · VITAE · ET · DOCTRINAE · FAMA

PIO · VTRIQVE · PONTIFICIBVS · MAXIMIS

PLVRIMVM · COMMENDAVIT

DECESS · VIIII · KAL · AVG · AN · M · DCCC · XIII ·

ANNOS · NATVS · LXVII ·

CLARVS · SCRIPTIS · ET · LABORIBVS · PER · ITALIAM · PRO · RELIGIONE · SVSCEPTIS

DEQVE · IVVENTVTE · QVAM · AD · PIETATEM

VBIQVE · SANCTE · INSTITVIT

PLVS · MERITVS · QVAM · TITVLO · SCRIBI · POSSIT

KAROLVS · SCOTTVS · COMES

CVM · LACRIMIS

FECIT · HOSPITI · SVAVISSIMO · B · M ·

GAVDE · MAGNA · ANIMA · ADVERSIS · QVOD · CREVERIS · HINC · EST

QVA · FRVERIS · MAIOR · GLORIA · PARTA · TIBI

CCC. (Veronae)

HEIC · QVIESCIT · IN · PACE · ☧

FAVSTINVS · LIVI · F · MARTINIVS

DOMO · CLARIS

KARMELITES · EXCALCIATVS

RELIGIONE · ET · COMITATE · AMOREM · BONORVM · MERITVS

QVI · QVVM · A · SACRIS · ESSET

VALETVDINARIORVM · MILITARIVM · VERONENSIVM

ADSIDVAM · AEGRIS · ET · VTILEM · NAVAVIT · OPERAM

EGENOS · IDEM · OPE · ET · LIBERALITATE · IVVIT

DECEPTOS · ERRORE · AD · CATHOLICAM · PROFESSIONEM · DEDVXIT

ANNOS · NATVS · P · M · XXXX · TANTVM


DECESS · PR · EID · FEBR · ANNO · M · DCCC · XIIII ·

IOANNES · FRATER · M · B · M · P ·

ΚΑΙ · ΖΩΝΤΑ · ΣΤΕΡΞΑΣ · ΚΑΙ · ΦΘΙΜΕΝΟΝ · ΠΟΘΕΩΝ

CCCI. (Veronae)

QVIETI · ET · MEMORIAE
IOANNIS · ANT · F · CASTORI
DOMO · VERONA
MONACHI · BENEDICT · CASSIN ·
VIRI · PIENTISSIMI · MAGISTERIIS · INCLVTI
CVIVS · VIRTVS · AEVO · INFAVSTO · INVICTA · CONSTANS
MORES · SVAVISSIMI · INGENIVM · EXCELLENS · FVIT
DOCTRINA · PARI
VIXIT · ANN · XXXXV · TANTVM
CARVS · BONIS · OMNIBVS · VTILIS · MVLTIS
ET · IN · ANIMIS · AD · PIETATEM · EXCOLENDIS
NVMQVAM · OTIOSVS
PEREGRE · DECESS · IMPROVISO · EXITV
XVII · KAL · NOV · AN · M · DCCC · XIIII ·
SERENELLIORVM · HOSPITIO · VSVS
CASTORIA · DOMVS
MONVM · FAC · CVR ·
INLVSTRATORI · DECORVM · SVORVM



CCCII. (Mediolani)

MEMORIAE · ET · VIRTVTI
HYACINTHI · GALLIANI · AROMATARI
SENIS · PIENTISSIMI
IN · CAELIBE · VITA · DEMORTVI
HIC · CONSANGVINEIS · TESTAMENTO · HONORATIS
IN · TEMPLI · NAZARIANI · COMMODA
ATQVE · IN · EGENORVM · CVRIALIVM · SOLATIVM
LEGAVIT · DENAR · ITALIC · OCTOGINTA · MILLIA
QVAE · CONTRA · ADVERSARIOS · GRATVITA · OPERA · PERORANTIBVS
IVRIS · CONSVLTIS · CLARISSIMIS · ANTONIO · BATTAGLIA
GEORGIO · MARZIO · DOMINICO · ANGIOLINIO
DENIQVE · VINDICATA · ADSERTAQVE · SVNT
VII · EID · IVL · AN · M · DCCC · XIIII ·
PETRVS · GASLINVS · PRAEPOSITVS · QVI · ET · CVRATOR
CVM · VNIVERSA · CVRIA · POSVIT

CCCIII. (in finib. Brix.)

CINERIBVS · ET · MEMORIAE
FRANCISCI · BARPT · F · CERVTTI
VIRI · MVLTARVM · LITTERARVM
REIQVE · RVSTICAE · PERITISSIMI
CVI · NVLLA · ARS · NEQVE · PRIVATIS · NEQVE · PVBLICIS
NEGOTIIS · GERVNDIS · DEFVIT
AVCTOR · PACIS · ET · IVSTITIAE · CVSTOS
PIVS · VIXIT · ANN · LXVIIII · D · V ·
CAELEBS · DEF · FRATRIS · LIBEROS · PRO · SVIS · AMPLEXVS
IDEMQVE · MVLTIS · LIBERALITATE
PROVIDENTIA · CONSILIO · VTILIS
VIRTVTE · CARVS · OMNIBVS
DEC · XVIII · KAL · FEBR · AN · M · DCCC · XV ·
MOERORE · BONORVM · ET · EGENTIVM · LACRIMIS
HONESTATVS
CERVTTI · FRATRES · QVINQVE · FAC · CVR ·
COGNATIONE · PATRVO
AMORE · PARENTI

CCCIIII. (Quintiani)

H · S · E ·
IOSEPHVS · IOAN · F · NEMBER
GENERIS · SVI · ET · PATRIAE · DECVS
VIR · MVLTARVM · LITTERARVM
IDEMQVE · SCRIPTIS · ET · ERVDITIONE · CLARISSIMVS
QVEM · RELLIGIO · MODESTIA · MISERICORDIA
SOCIAE · A · PVERO · VIRTVTES
AD · TVMVLVM · VSQVE · SEQVVTAE · SVNT
VIXIT · ANNOS · LXIII · M · II · D · IIII ·
ABIITQVE · AD · SVPEROS · VI · KAL · MAIAS · AN · M · DCCC · XV ·
LIBERI · EIVS · MOERENTES
FAC · CVR ·
PATRI · INCOMPARABILI
SANCTE · TENES · TIBI · QVOD · NON · HOSTICVS · AVFERET · ENSIS
NON · VIS · VLLA · TVOS · QVAM · FERA · BELLA · MANENT

CCCV· (Ferrariae)

QVIETI · ET · MEMORIAE
NICOLAI · ZAFFARINI
ARCHIATRI · CLARISSIMI
ARTE · SALVTARI · EIVSQVE · ADIVMENTIS
AB · ADOLESCENTIA · INSTRVCTI
QVI · TIROCINIO · BONONIAE · MAGNA · CVM · LAVDE · POSITO
FLORENTIAE · VIM · INGENI · SVI · MVLTIS · PROBAVIT
INQVE · PATRIAM · VOCATVS · ANATOMICES · MAGISTERIVM
CVM · CLINICES · PROFESSIONE · CONIVNXIT
VRBANI · VALETVDINARI · CVRA · NVNQVAM · NEGLECTA
IAMQVE · EMERITVS
IVRIS · SVI · AEDES · IN · SVBSIDIVM · EGENORVM · APERVIT
FILIO · VNO · SVPERSTITE
QVEM · PATERNA · CARITATE · DILIGEBAT
DECESS · VIII · IDVS · APR · AN · M · DCCC · XV · ANNOS · NATVS · LXXV ·
PHILIPPVS · PATRI · PLVS · DE · SE · MERITO
QVAM · TITVLO · SCRIBI · POSSIT
FAC · CVR ·



CCCVI· (Coloniae in finib· Brix·)

CINERIBVS · ET · MEMORIAE
CAIETANI · PALAZZI · V · C ·
IVRIS · CONSVLTI · LAVREATI
ADLECTI · IN · COLLEGIVM · DOCTOR · BRIX ·
OMNIBVS · HONORIBVS · ET · MVNERIBVS · EGREGIE · PERFVNCTI
QVEM · CLARENSES · PRAETOREM · ET · IVDICEM
AEQVISSIMVM · EXPERTI · LVXERE
PIVS · VIX · ANNOS · LXI · M · XI · D · V ·
DE · PATRIA · DEQVE · FAMILIA · SVA · OPTIME · MERITVS
DEC · XVII · KAL · SEPT · AN · M · DCCC · XV ·
VIM · DIVTVRNI · GRAVISQVE · MORBI
FORTI · ANIMO · PERPESSVS
PETRVS · PALAZZIVS · PATRVO · INCOMPARABILI
CVM · LACRIMIS · POSVIT

CCCVII. (in finib. Brix.)

STEPHANO · IOS · F · GVSSAGO
ADLECTO · IN · COLLEGIVM · SOPHORVM · VRB ·
DOCTORI · THEOLOGO · ALVMNORVM · ECCLESIAE · BRIXIANAE
ARCHIPRESBYTERO · ECCLESIAR ·
POMPIANI · CALCHERAE · MARIANAE · ET · QVINTIANI
OMNIBVS · MVNERIBVS · ET · HONORIBVS
SANCTE · PERFVNCTO
QVI · VIX · ANN · LXXII · DEC · IDIB · SEXTILIB · ANNO · M · DCCC · XV ·
AMOREM · ET · DESIDERIVM · BONORVM
VIRTVTE · MERITVS
MON · FEC ·
IACOBVS · ET · FAVSTINVS
FRATRI · SVAVISSIMO

CCCVIII. (Romae in aede Mariana Transtib.)

QVIETI · ET · MEMORIAE
FRANCISCI · MARIAE · PIGNATELLI
DOMO · NEAPOLI
SVMMO · LOCO · AD · GRANDIA · NATI
QVEM · GRAVISSIMIS · MVNERIBVS · ET · HONORIBVS · SANCTE · PERFVNCTVM
PIVS · VI · PONT · MAX · IN · COLLEGIVM
PATRVM · CARDINALIVM · OB · MERITA · ADLEGIT
VIXIT · ANNOS · LXXI · M · VI ·
VIR · IMMOBILIS · FIDEI · ET · MIRAE · IN · ADVERSIS · CONSTANTIAE
VINDEX · SACRAE · AVCTORITATIS
SOLATOR · EGENTIVM · AEGRORVMQVE
AEQVI · OBSERVANTISSIMVS
DEC · IN · PACE · ☧ · XVIIII · KAL · SEPT · AN · M · DCCC · XV ·
SVBSTANTIA · OMNI · SVA
IN · DEI · CVLTVM · ET · SVBSIDIVM · BONORVM
TESTAMENTO · TRANSMISSA
HORATIVS · RINALDVS · ADIVTOR · AB · EPISTVLIS
IDEMQVE · CVRATOR · HEREDITATIS
IN · SEDE · HONORIS · EIVS · MON · FAC · CVR ·
OPTIMO · ET · SPLENDIDISSIMO · PATRONORVM

CCCVIIII· (Genuae)

CINERIBVS · ET · MEMORIAE
FAVSTINI · LECHI · COMITIS
DECVR · BRIX ·
PATRIS · FILIORVM · XVIIII ·
INGENI · LAVDE · ET · BONARVM · ARTIVM
STVDIIS · CLARISSIMI
QVEM · MISERICORDIA · ET · LIBERALITATE
ERGA · EGENOS
INSIGNEM · PATRIA · LVXIT
CIVES · AMISSVM · QVAERVNT
VIXIT · ANN · LXVIIII · M · VI · D · I ·
VITA · PEREGRE · FVNCTVS · IIII · KAL · MAIAS
ANNO · M · DCCC ·
MORBO · PER · OBSESSAM · VRBEM · GRASSANTE
ALOISIVS · NATORVM · EIVS · DVODEVICESIMVS
MONVMENTVM · PARENTIS · OPTIMI · INVISENS
LACRIMIS · PERFVDIT
TITVLO · EXORNANDVM · CVRAVIT

CCCX· (Claris)

PACI · ET · MEMORIAE
IOAN · BAPTISTAE · PETRI · F · MAFFONI
INTEGERRIMI · IVRIS · CONSVLTORVM
PATRISQVE · FAMILIAS · DIGNITATE · ET · COPIA
CLARISSIMI
QVEM · ET · BONARVM · ARTIVM · COGNITIO
A · PRIMA · AETATE · ILLVSTRABAT
VIXIT · ANNOS · LXXVI · M · VI · D · VI ·
DE · FILIORVM · INSTITVTIONE · PRAECLARE · MERITVS
ET · BONORVM · OBSEQVIA · VIRTVTE · ADEPTVS
DEC · KAL · IAN · AN · M · DCCC · XVII ·
FAVSTINVS · ET · IOANNES · FRATRES
PARENTIS · OPTIMI · BENEFICIA · REVERITI
AMPLISSIMO · FVNERE · EFFERENDVM
TITVLO · ORNANDVM · CVRAVERE

CCCXI. (Regii Lepidi)

REQVIETI · ET · MEMORIAE
MAVRI · BONI
E · SOCIETATE · IESV · ITERVM
DOMO · CREMONA
VIRI · ERVDITIONE · ET · SCRIPTIS · FAMAM · EMENSI
QVI · SODALES · SVOS · INSIGNI · BIBLIOTHECA · TRANSMISSA
EGREGIE · DITAVIT
VIXIT · ANNOS · LXX · M · II · D · I ·
DIV · APVD · VENETOS · CVM · LAVDE · VERSATVS
VBIQVE · INNOCENTIA · ET · PIETATE · ACCEPTVS
DEC · PRID · NON · IANVAR · AN · M · DCCC · XVII ·
MORTE · SIBI · A · DEO · PRAEOPTATA
VTI · VITAM · SOCIO · PERICLITANTI · PROROGARET
AMICI · VETERES · BENE · MERENTI · POSVERE
QVI · NOMINIS · MENSVRAM · IMPLEVIT

CCCXII. (Brixiae)

A QVIETI · ET · MEMORIAE Ω
PAVLLI · COLLINI
DOMO · GARGNANO · BENAC ·
PRAEPOSITI · AGATHIANI
DOCTORIS · THEOLOGI · RECTORIS · ALVMNOR ·
ET · IVDICIS · CONTROVERSIARVM · ECCLESIAE · BRIXIANAE
VIRI · IN · ADVERSIS · CONSTANTISSIMI
QVEM · INGENI · VIS · DOCTRINAE · OPES
FACVNDIAE · ROBVR
INSIGNEM · VITIORVM · ET · SONTIVM
DEBELLATOREM · FECERE
DECESS · ANNOS · NATVS · LXXV ·
IIII · NON · MART · AN · M · DCCC · XIIII ·
AMOREM · CIVIVM · VIRTVTE · ET · LARGITATE · MERITVS
ELATVSQVE · EST · FVNERE · PVBLICO
ATQVE · LAVDATIONE
ET · CVRIAE · LACRIMIS
HONESTATVS

CCCXIII. (in finib. Brixian.)

IOAN · BAPTISTAE · GENTILINIO
E · SOCIETATE · IESV · ITERVM
DOMO · VESIO · BRIXIANO
ARCHIPRESBYTERO · LEONATENSIVM
AMOREM · KLERI · ET · STVDIA · POPVLI · MERITO
CVIVS · LAVS · PRAECIPVA · FVIT
VIRTVTEM · ET · SANCTITATEM
MINIS · TERRORIBVS · PERICVLIS
NVNQVAM · POSTHABVISSE
PIVS · VIXIT · ANNOS · LXXI · D · XXI ·
INGENIO · ELOQVENTIA · DOCTRINA · CLARVS
NVLLIS · FRACTVS · LABORIBVS
MITIS · IDEM · OMNIBVS · ET · PATIENS · INIVRIAE
DECESS · XVII · KAL · FEBR · AN · M · DCCC · XVII ·
PATRIAE · CAELESTIS · DESIDERIO
TERRENA · CVNCTA · AVERSATVS
AMICI · VETERES
SODALI · OPTIMO · ET · CARISSIMO · POSVERE



CCCXIIII. (Leonati)

HEIC · EXSVVIAE · ADQVIESCVNT
FRANCISCI · IOAN · BAPT · F · PAGANI · I · C ·
DOMO · LEONATO
VIRI · AB · ADOLESCENTIA · INGENIO
LITTERISQVE · ILLVSTRIS
IN · PATRIA · PEREGREQVE · SVMMIS · HONORIBVS
ET · MVNERIBVS · NITIDE · FVNCTI
QVEM · FIDE · IVSTITIA · MODERATIONE · ANIMI
CLARVISSE · OMNES · CONSENTIVNT
VIXIT · ANNOS · LXII · M · X · D · VII ·
RELIGIONIS · ET · PIETATIS · INTEGERRIMVS · CVSTOS
DECESS · KAL · FEBR · AN · M · DCCC · XVII ·
HVIC · MOESTA · DOMVS · POSVIT
PLVRA · MERITO
QVAM · TITVLO · SCRIBI · POSSIT

CCCXV. (Claris)

A ☧ Ω

IOANNI · SILV · F · BARONIO
MEDICO · CHIRVRGO
ANNOR · P · M · XXXVI ·
VITA · MVLTIS · PARTA · FELICIORI · QVAM · SIBI
QVEM · RELIGIO · ATQVE · PIETAS · ORNABAT
DEC · IIII · IDVS · IVNIAS · AN · M · DCCC · XVII ·
DOLOR · ET · LVCTVS · DILECTAE · DOMVS

CCCXVI. (in finib. Brixian.)

TRANQVILLAE · PACI · ET · MEMORIAE · PERENNI
IOAN · BAPTISTAE · PEREGRINI · NICOLINI
DOMO · MOSCOLINIS
QVEM · EX · HVMANIORIBVS · LITTERIS
AD · GRAVIORA · TRANSLATVM
ECCLESIA · PRIMVM · TREMOSINENSIVM
DEINDE · GOLLIONENSIVM · MAIORVM
ARCHIPRESBYTERVM · HABVIT
MAGNARVM · VIRTVTVM
MVLTORVMQVE · RECTE · FACTORVM
LAVDE · INSIGNEM
ANNOS · NATVS · P · M · LXXII ·
DECESS · PRID · NON · DECEMBR · AN · M · DCCC · XV ·
BENEFICENTIA · ET · LIBERALITATE · CLARVS
INGENTI · PECVNIA
PARTIM · IN · SVBSIDIVM · EGENORVM · LEGATA
PARTIM · IN · VALETVDINARI · PVBLICI · SOLATIVM
ET · IN TEMPLI · MAXIMI · BRIXIANAE · VRBIS · AVGMENTVM
ADTRIBVTA
HVIC · PROPINQVI · HEREDES · MONVMENTVM
HONORIS · CAVSSA · PONENDVM · CVRARVNT

CCCXVII. (Romae)

QVIETI · ET · MEMORIAE
IOAN · SIFREDI · MAVRY
DOMO · VALREA · VENVSIN ·
CARD · TIT · TRINITATE · AVGVSTA
PONTIFICIS · FALISCODVN · ET · CORNETAN ·
INTER · GALLOS · SVMMIS · MVNERIBVS · ET · HONORIBVS
AD · OMNEM · DIGNITATEM · EVECTI
QVEM · DOCTRINA · ET · ELOQVENTIA · INSIGNEM
AEQVALES · EIVS · MIRATI · SVNT
ADVERSAE · RES · VIRTVTE · CONSTANTEM
MAGNANIMVMQVE · PROBAVERE
PIVS · VIXIT · ANN · LXX · M · X · D · XV ·
OTIOSVS · NVNQVAM · CONSILIO · SAPIENTIA
LABORIBVS · DOMI · FORISQVE · CLARVS
DECESS · ROMAE · V · IDVS · MAIAS · AN · M · DCCC · XVII ·
ALOIS · SIFREDVS · ET · MARIA · MODESTA · FRATRIS · FILI
PATRVO · SANCTISSIMO · BENEMERENTI
HVNC · PROPE · ALTARE · MAXIMVM
MAGNI · VIRI · BARONIVS · ET · TARVGIVS
TVMVLI · SOCIVM · HABENT



CCCXVIII. (Decentiani)

MEMORIAE
IOAN · ANTONII · PALAZZI
PRAEPOSITI · DECENTIANENSIVM
ET · COMENDVNENSIVM
CVIVS · OPERA · STVDIO · IMPENSA · AEDES · CVRIALES · AB · INCOHATO · EXSTRVCTAE
FVNDI · AGRORVM · EXCVLTI · DITATI
EXORNATA · PICTVRIS · CVRIA · ALTERA · TVRRIS · AERA · IN · CONCENTVM · AVCTA
EGENORVM · SOLATIO · PROFVSAE · OPES
SVBSIDIVM · ET · INSTITVTIO · PVELLIS · PARATA · SVNT
VIRTVTE · IDEM · ET · BENEFICENTIA · CARVS · OMNIBVS
DECESS · VII · KALEND · IANVAR · AN · M · DCCC · II ·
HVIC · PAVLLVS · BONASIVS · ET · PETR · IACOBVS · MANNIVS
MONVM · B · M · POS ·

CCCXVIIII. (Romae)

MEMORIAE · ET · QVIETI
CAIETANI · ANGIOLINI
E · SOCIETATE · IESV · ITERVM
CVIVS · ET · MAGNA · PARS · FVIT
VIRI · PIENTISSIMI · MAXIMI
IN · ANNOS · PLVRES
DE · POTIORE · RVSSORVM · INSTITVTIONE
ET · DE · SOCIORVM · REDITV
IN · REGNVM · NEAPOLITANVM
EGREGIE · MERITI
VIXIT · ANNOS · P · M · LXVIII ·
INGENIO · LITTERIS · ELOQVENTIA · CLARVS
LIBERALITATE · MISERICORDIA · CONSILIO · VTILIS · MVLTIS
NEMINI · NE · OBTRECTATORIBVS · QVIDEM · GRAVIS
DECESS · XV · KAL · DECEMBR · AN · M · DCCC · XVI ·
VETERIBVS · AMICIS · ET · ITALIAE · REDDITVS
AVE · ANIMA · INNOCENTISSIMA
SODALES · TVI · BENEMERENTI · PLAVDVNT



CCCXX. (Brixiae)

IOANNI · MARIAE · IOAN · F · RVBINELLIO
DOMO · SALODIO
MVSICORVM · AETATIS · SVAE · PRAESTANTISSIMO
CVIVS · INSIGNEM · FAMAM
AVGEBAT · EXIMIA · MORVM · INTEGRITAS
ORNABAT · RELIGIOSA · CONSTANTIS · ANIMI · PIETAS
VIXIT · ANN · LXX · M · VI · D · VIII ·
CARVS · VBIQVE · MODESTIA · SVA
ET · FACILITATE · IPSA · MAGNIS · QVOQVE · VIRIS · ACCEPTVS
CIVES · BRIXIANI · LVXERE · AMISSVM
PRIDIE · IDVS · SEPT · AN · M · DCCC · XVII ·
HVIC · STVDIOSA · HARMONICES · COHORS
MEMOR · CYCNEAE · ILLIVS · VOCIS
TITVLVM · POSVIT · MAGISTRO · SVAVISSIMO
ARTIS · SVAE

CCCXXI. (Romae)

IOANNI · ANDRESIO
E · SOC · IESV · ITERVM
DOMO · PLANE · VALENTINORVM
CLARISSIMO · GENERE · AB · AVIS · ET · MAIORIBVS
QVEM · INGENII · LAVDE · LITTERARVM · FAMA
EDITORVM · OPERVM · COPIA · MAGNVM
RELIGIO · PIETAS · HVMANITAS
PERPETVO · BONORVM · CONSENSV · MAIOREM · PRAESTITERE
ITALIA · IDEM
FINITIMISQVE · PROVINCIIS · PERAGRATIS
VBIQVE · IN · HONORE · HABITVS
QVVM · REGIAE · BIBLIOTHECAE · APVD · NEAPOLIT ·
PRAEFECTVRAM · IN · ANN · M · DCCC · XVI · OBTINVISSET
ROMAE · LIBENS · APVD · SOCIOS · DECESSIT
INVICTO · ANIMO · EXITVQVE · VITAE · CONSENTANEO
PRIDIE · IDVS · IAN · AN · M · DCCC · XVII ·
ANNOS · NATVS · LXXVI · M · X · D · XXVII ·
SVMMORVM · VIRORVM · OBSEQVIA · VIRTVTE · MERITVS
HVIC · SODALES · VETERES
SIMVLACRVM · AMORIS · STVDIIQVE · SVI
CAVSSA · DEDICAVERE



CCCXXII. (Vicetiae)

CINERI · ATQVE · NOMINI
IOANNIS · BAPTISTAE · FRACANZANI · COM ·
VIRI · EXIMIAE · HVMANITATIS
MVNERIBVS · PVBLICIS · EGREGIE · PERFVNCTI
ET · LITTERATORVM · LAVDES · FAMA · SVPERGRESSI
QVEM · COMITAS · ET · INTEGRITAS
IN · SENIVM · VSQVE · OMNIBVS · COMMENDAVIT
VIXIT · IN · ANNVM · LXXXV ·
DEC · IIII · NON · MART · ANNO · M · DCCC · XVI ·
ANTONILLA · FERRIA · COMES
MARITO · OPTIMO
HERES · MEMOR · PERPETVI · AMORIS · EIVS · FAC · CVR ·

CCCXXIII. (Castalioni in finib. Mantuan.)

QVIETI · ET · MEMORIAE
CAMILLI · PASTORI
EX · COLLEGIO · PATRVM · CANONICOR ·
ECCLESIAE · CASTALIONENSIS
VIRI · MVLTARVM · LITTERARVM
DE . IVVENTVTIS · INSTITVTIONE · EGREGIE · MERITI
QVEM · MIRA · HVMANITATE · ET · INSIGNI · FACVNDIA · EXORNATVM
PIETATIS · STVDIVM · EGENORVM · CVRA
RELIGIO · MVNIFICA · ILLVSTRARVNT
VIXIT · ANNOS · P · M · LXXVIII ·
OMNIVM · BONORVM · AMOREM · ADEPTVS
DECESS · KAL · FEBRVAR · AN · M · DCC · LXXI ·
HELEONORA · SECCHIANA
IN · PASTORIAM · GENTEM · TRANSLATA
ADFINI · SVO · PIENTISSIMO · FAC · CVR ·

CCCXXIIII. (Romae)

HEIC · APVD · MAIORES · SVOS · ADQVIESCIT
KAROLVS · HORAT · F · ALBANVS
PRINCEPS · SORIANENSIVM
PRINCEPS · SACRI · IMPERII · ROMANI
VELLERE · AVREO · EXORNATVS
IDEM · MAGNORVM · PRINCIPVM · AVSTRIACAE · DOMVS · SVMMVS · MAGISTER
AC · BEATRICIS · SERENISSIMAE · COMES · PERPETVVS
ET · OMNIBVS · MVNERIBVS · ET · HONORIBVS · PRAECLARE · FVNCTVS
QVEM · VICES · RERVM · HVMANARVM · NVNQVAM · VIRTVTE · DESTITVERE
PIVS · VIXIT · ANN · LXVII · M · III · D · XXVI ·
INSIGNIS · INGENIO · CONSILIO · LITTERIS
CONTEMPTOR · FASTVS · ET · DIVITIARVM
QVVM · ELATVS · SPLENDIDISSIMO · FVNERE · MVTINAE
OBIISSET · XIII · KAL · FEBR · ANNI · M · DCCC · XVII ·
IOSEPHVS · CARDINALIS · ET · PHILIPPVS · FRATRES
RELIQVIAS · EIVS · IN · AVITVM · SEPVLCRVM
TRANSFERENDAS · CVRAVERE
FABIANO · HIEROMARTYRE · SVSCIPIENTE · IN · DIE · NATALIS · SVI

CCCXXV. (ad Tilaventum)

A ☧ Ω

HEIC · CONDITVS · EST
IOSEPHVS · BRESSA · MONACHVS · CASSIN ·
EPISCOPVS · CONCORDIENSIVM · PER · ANN · XXXVII ·
HONORVM · CONTEMPTV
LIBERALITATE · ERGA · EGENOS
FAMILIAE · VNIVERSAE · CVRA · CLARISSIMVS
QVI · DE · KLERO · ITEM · SVO · DOCTRINAE · COPIA
INSIGNIBVSQVE · VIRTVTVM · EXEMPLIS
OPTIME · MERITVS
DECESS · III · IDVS · IANVAR · AN · M · DCCC · XVII ·
AVE · ANTISTES · SANCTISSIME
ET · MEMOR · ESTO · POPVLI · TVI
IBIDEM · VIRGINES · SALESIANAE
ET · MVNICIPES · S · VITI
COR · MAGNI · PATRIARCHAE · DIONYSII · DELFINI
PATERNI · AMORIS · MONVMENTVM
APVD · SE · CONDI · VOLVERE

CCCXXVI. (Paratici in finib. Brixian.)

CINERIBVS · ET · MEMORIAE
PETRI · BARACCHI · ARCHIPRESBYTERI
VIRI · PIENTISSIMI
CVI · EGENI · INPRIMIS · ET · MISERI
QVVM · VIVERET · CORDI · FVERE
VITA · FVNCTO · CVRA · MANSIT
PVERILIS · INSTITVTIONIS
GYMNASIO · IN · PVELLARVM · SVBSIDIVM · APERTO
VIXIT · ANNOS · P · M · LXVIII ·
DECESS · IIII · IDVS · MARTIAS · AN · M · DCCC · XVI ·
DE · CVRIA · SVA · VNIVERSA
PER · ANNOS · XXVIII · OPTIME · MERITVS
NEOCORI · ECCLESIAE · NOSTRAE
HONORIS · VIRTVTISQVE · CAVSSA · POSVERVNT

CCCXXVII. (Castalioni in finib. Mantuan.)

HEIC · PLACIDA · PACE · COMPOSITVS · EST
HIERONYMVS · SECCHIANA
ANNOR · LXXXV ·
ARTE · SALVTARI · SECVNDVS · NEMINI
VIRTVTE · ET · INNOCENTIA · MAGNVS
CVIVS · CARITATEM . SENSERE
IN · PRIMIS · MISERI · OPIS · INDIGI
NEC · MINVS · STVDIOSI · CVLTVS · DIVINI
TEMPLO · PAITONENSIBVS · INAEDIFICATO
ET · IMPENSA · SVA · MAGNIFICE · AVCTO
DECESS · VI · KAL · FEBR · AN · M · DCCC · XVII ·
RELIGIONIS · ET · PIETATIS · AMORE
POSTERIS · MEMORANDVS
QVEM · HEREDES · AMPLISSIMO · FVNERE
HONORANDVM · CENSVERE

CCCXXVIII. (in agro Tarvisino)

SECVRITATI · ET · VIRTVTI
STEPHANI · IOAN · F · STEFANI
DOMO · VENETIIS
ELOQVENTISSIMI · IVRISCONSVLTORVM
CVIVS · MERITA · INTEGRITAS · VITAE
DOCTRINAE · LAVS · STVDIVM · RELIGIONIS
CVMVLARVNT
NATVS · ANN · LXXVIIII · DECESSIT
PRID · IDVS · MART · AN · M · DCCC · XVII ·
CONDITVSQVE · EST · IN · CELLA · AEDIS · DOM
PROPE · TARVISIVM
ITEM · MARIAMNAE · BERNARDIAE · CONIVGI
INCOMPARABILI
DEF · VENETIIS · ANNO · M · DCC · LXXXVIII ·
QVVM · AGERET · ANN · XXXXVI ·
IOSEPHVS · IOANNES · KAROLVS · POSVERE
PARENTIBVS · SVAVISSIMIS · B · M ·

§ II.

EPITAPHIA FEMINARVM

CCCXXVIIII. (Brixiae)

VIRGO · VENER ·
MARIA · MAGDALENE · FRANC · LEOPARDI · F ·
MARTINENGA · A · BARCO
HEIC · SITA · EST · III · KAL · AVG · AN · M · DCCC · X ·
VBI · AN · M · DC · LXXXXI · RECEPTA · IN · ECCLESIAM
MARGARITA · PRIMITVS · APPELLATA
CORPORE · EX · VETERI · AEDE · RITE · TRANSLATO
QVOD · IBIDEM · IVRE · ANTEA · RECOGNITVM
HAEC · ILLA · EST
QVAE · VITA · DOMI · PVRITER · ACTA · QVVM · ANNVM · AGERET · XVII ·
IN · MONASTERIVM · VIRGINVM · CLARALIVM · MARIAE · SANCTAE · NIVALIS
LAETA · LIBENS · CONCESSIT · VNI · VICTVRA · DEO
ANTISTITA · EADEMQVE · MAGISTRA · VIRTVTVM · OMNIVM
DE · QVARVM · MAGNITVDINE · ET · EXCELLENTIA · CLEMENS · XIII · P · M ·
SANCTE · PRONVNCIAVIT
VIX · ANN · XXXXVII · M · XI · D · VI ·
ABIITQVE · AD · SVPEROS · VI · KAL · AVG · AN · M · DCC · XXXVII ·
CVI · MONVMENTVM · NOVVM · HONORIS · PIETATISQVE · CAVSSA
FACIVNDVM · CVRAVERE
IOANNES · FRATRIS · NEPOS · ET · PRONEPOTES · III ·
IOAN · FRANCISCVS · SAC · ANTON · NESTOR · ET · LVDOVICVS
AGNATAE · PIENTISSIMAE · HONORES · CAELESTES
SIBI · ET · GENTI · SVAE · PATRIAEQVE
PERPETVAM · TVTELAM · ADPRECATI

CCCXXX. (Bergomi)

HEIC · SITA · EST
ANNA · PASSI · F · CARRARA
VXOR · KAROLI · COMITIS
ANNOR · XXII ·
FORMA · EGREGIA · MORIBVS · INTEGRIS
FRANCISCVS · CARRARA
PRESB · CARD ·
MATRI · AB · INFANTIA
PRAEREPTAE
TITVLVM · FECIT
AVE · IN · PACE · ☧



CCCXXXI. (Vicetiae)

BIANCA · QVAE · ET · MARGARITVM
V · C · IOAN · BAPTISTAE · FERRARI · F ·
VIRGO · DOMINICIANA
H · S · E ·
QVAE · APVD · GENVATES · IN · PATRIA
ANNOS · XXI · INTER · SOCIAS · VIRGINES · DEO · DEVOTA
DELICIAS · DOMVS · SVAE · ET · AVITAS · OPES
OPTATIS · PENETRALIBVS · POSTHABVIT
INDE · TEMPORVM · ACERBITATE
MIGRARE · COACTA
QVVM · EX · INDVLGENTIA · PII · VII · PONT · MAX ·
VENETIAS · AD · FRATREM · CONCESSISSET
IN · SODALIVM · COGNOMINVM · CONTVBERNIVM
VT · ERAT · IN · VOTIS
VICETIAM · PROGRESSA
DIEM · LAETA · SVVM · OBIVIT · SANCTISSIME
NONDVM · QVINQVAGENARIA
ELATA · VIII · KAL · NOVEMBR · AN · M · DCCC · IIII ·
PETR · IOANNES · FERRARIVS
SORORI · PIENTISSIMAE · CVM · LACRIMIS · POSVIT
AVE · ANIMA · INNOCENTISSIMA
ET · VALE · IN · PACE · ☧

CCCXXXII. (Claris in cepotaph.)

H · S · E ·
HELENE · PETRI · F · MAFFONIA
VXSOR · IOSEPHI · FAGLIAE · COM ·
PIA · COMIS · MVNIFICA
OMNIVM · MATRONARVM · LAVDES
SVPERGRESSA
QVAE · VIX · ANN · LXXII · M · I · D · XXIII ·
DEC · VI · ID · SEPT · AN · M · DCCC · XIII ·
MOERENTIBVS · BONIS · OMNIBVS
CONIVX · ET · FILI · SEX
CVM · LACRIMIS · POSVERE

CCCXXXIII. (Patavii)

ALOISIAE · QVAE · ET · MARGARITVM
CALLENBERGIAE · COMITI · CL · F ·
DOMO · MVSKAVIA · LVSAT ·
VXSORI
GVL · CHRISTOPHORI · DIEDAE · V · C ·
FORMA · INGENIO · DIGNITATE
AEQVALES · SVAS · SVPERGRESSAE
CVI · TESTIMONIVM · A · VIRO · MAXIMVM
CONSTANTIAE · DILIGENTIAE · INTEGRITATIS
TRIBVTVM · EST
AB · AMICIS · OMNIBVS · COMITATIS · MODESTIAE
SVAVILOQVENTIAE
VIX · ANN · L ·
MATER · FAMILIAS · FRVGI · MVNIFICA
APTA · STVDIIS · ET · BONIS · ARTIBVS
MVSICAE · SCIENTISSIMA
DECESSIT · PEREGRE · BASSANI
ANNO · M · DCCC · III ·
FVNVS · EIVS · ET · TVMVLVM
MARITVS · FILIAE · AMICORVM · CHORVS
LACRIMIS · OPIBVSQVE · SVIS
HONESTAVERE

CCCXXXIIII. (Sajani in finib. Brix.)

HELENA · MASPERONIA
HEIC · SITA · EST
ANNOR · P · M · LX ·
PIA · FRVGI · MVNIFICA
CVI · PLEBS · SAIANENSIS
OPTIME · DE · SE · MERITAE
REQVIEM · CAELESTEM · GRATO · ANIMO · ADPRECATVR
FRANCISCVS · TORRICENIVS
AN · M · DCCC · II ·
FECIT
MATERTERAE · CARISSIMAE · EX · TEST ·

CCCXXXV. (Romae ad Iosephi in capite aedium)

MARIAE · CATHARINE · ALTIERIO · NATAE · C · F ·
HIERONYMI · MATTEII · DVCIS · VXORI · SECVNDAE
QVAE · VIXIT · ANNOS · LXVIII · M · V ·
DECESSIT · APVD · IOVIENSES · VMBROS · PR · KAL · OCT · ANNO · M · DCC · LXXXXI ·
ALEXANDER · CARDINALIS · CVM · KAROLO · ET · LAVRENTIO
CONCORDISSIMIS · FRATRIBVS
POSVIT
MATRI · OPTIMAE · CARISSIMAE
QVAM · PLERIQVE · OMNES · CONSENTIVNT · A · PRIMA · AETATE · SPECTATISSIMAM
VIRGINEM · POST · NVPTIAS · MATREM · FAMILIAS · DILIGENTISSIMAM · IN
VIDVITATE · PRINCIPVM · FEMINARVM · DECVS · MERITO · HABITAM · RELIGIONE
EANDEM · OFFICIISQ · VNAM · OMNIVM · LAVDES · ESSE · SVPERGRESSAM
CORPVS · EIVS · QVIA · TEST · EXCEPERAT
EX · INDVLGENTIA · D · N · PII · VI · PONT · MAX · IN · VRBEM · TRANSLATVM
ET · VBI · PRAEOPTARAT · APVD · VIRGINES · THERESIANAS · CONDITVM · EST
QVAS · ET · ANNVA · PECVNIA · LEGATA · HONORAVIT
EA · LEGE · VTI · SACRVM · AD · EXPIATIONEM · FERIA · IIII ·
PER · OMNES · HEBDOMADAS · IN · AEDE · SVA · FAC · CVRENT
VTIQVE · ANNIVERSARIO · FVNERIS · DIE · PACEM · EI
FREQVENTES · SANCTIS · DE · ALTARI · LIBATIS · ADPRECENTVR

CCCXXXVI· (Claris)

HEIC · SITA · EST
BERENICE · HIERONYMI · BOCCHI · FILIA
VIRGO
QVAE · VRSVLANAM · SOCIETATEM · DOMI · PROFESSA
VITAE · INNOCENTIAM
ABSTINENTIAE · LAVDE
CVMVLAVIT
PIA · VIXIT · ANN · LXVIII · M · XI · D · XVIII ·
DECESSIT · VIIII · EID · DECEMBR · ANNO · M · DCC · LXXXVIII ·
IN · PACE · ☧
HANNIBAL · FECIT
SORORI · SANCTISSIMAE
BENE · MERENTI



CCCXXXVII· (Romae)

MEMORIAE
CL · F · PRVDENTIAE · MARI · F · CAPIZVCCHIAE
VXORIS · FABRICI · NARI · MARCII ·
ITEM · VIRO · AMISSO
CONIVGIS · ALEXANDRI · RVSPOLI · PRINC ·
MATRONAE · AETATIS · SVAE · PRAESTANTISSIMAE
QVAE · FILIORVM · MVLTORVM · PARENS
SINGVLOS · CARITATE · COMPLEXA
VIRTVTEM · OMNEM · EXEMPLO · SVO · DOCVIT
PIA · VIXIT · ANN · P · M · LXVIII ·
DECESSIT · PLACIDISSIMO · EXITV
VIII · IDVS · SEPT · AN · M · DCC · LXXXVI ·
CVIVS · CINERES
EX · TEST · CONDITI · SVNT
IN · AEDE · D · N · MARIAE · IMMACVLATAE
VICO · SVBVRRA
FRANCISCVS · PATRITIVS · QVI · ET · NARVS
MATRI · OPTIMAE · FECIT
PLVS · DE · SE · MERITAE · QVAM
VT · TITVLO · SCRIBI · POSSET

CCCXXXVIII. (Casatisbae)

AMALIAE · EMMANVELIS · F · LIECHTESTEINAE · C · F ·
MATRONAE · FRVGI · MVNIFICAE
QVAE · VIX · ANN · L · M · II · D · X ·
DECESSIT · MEDIOLANI · XIII · KAL · NOV · ANNO · M · DCC · LXXXVII ·
SIGISMVNDVS · KEVENHILLER · METSCH ·
ADLECTVS · INTER · PRIMORES · SACRI · IMPERI · ROMANI
FECIT
VXORI · INCOMPARABILI
IN · FVNDO · EMMANVELIS · FRATRIS · SVI
QVO · CORPVS · A · FVNERE · TRANSLATVM · EST
NE · LEGIBVS · IN · COMMVNE · SEPVLCRVM
INFERRETVR
AVE · ANIMA · PIENTISSIMA · ET · VALE
IN · PACE · ☧

CCCXXXVIIII. (Florentiae)

HEIC · SITA · EST
MARGARITA · PETRI · TORNAQVINCI · F ·
MEDICE · C · F ·
A · THERESIA · AVG · INTER · HONORARIAS
AVLAE · ETRVSCAE · MATRONAS
ADLECTA · ET · AVGVSTALIVM · INSIGNIBVS
EXORNATA
MATERFAMILIAS · DILIGENTISSIMA
RECTI · TENAX · AD · CONSILIA · PRVDENS
COMIS · PVDICA · MISERICORS
ALTRIX · EGENORVM
QVAE · VIX · ANN · LI · DEC · IN · PACE · ☧
VII · KAL · OCT · AN · M · DCC · LXXXV ·
FRANCISCVS · MEDICES · EQ · STEPH ·
MARCH · CASTELLINAE
MONVMENTVM · QVO · IVSSVS · LOCO · EST
CVM · LACRIMIS · FECIT
VXORI · PIENTISSIMAE · B · M ·

CCCXXXX. (Soriani)

HEIC · SITA · EST
MARIA · BERNARDINA · OCTAVIANI · COM · F · ONDEDEA · C · F ·
VXOR · HORATII · ALBANI
CLEMENTIS · XI · P · M · FRATRIS
MATER
KAROLI · PRINCIPIS
PATRVMQVE · CARDINALIVM
HANNIBALIS · ET · ALEXANDRI
QVAE · VIXIT · ANN · P · M · LXXXXIIII ·
DEC · XIII · KAL · SEPTEMBR · ANNO · M · DCC · LI ·
HORATIVS · KAROLI · F · ALBANVS
PRINCEPS · SORIANENSIVM
ADLECTVS · INTER · PRIMORES · S · I · R ·
FECIT
AVIAE · RARISSIMAE · BENE · MERENTI



CCCXXXXI. (Romae)

MEMORIAE
MARIAE · IOSEPHAE · VERDVGIAE · QVIIADAE · C · F ·
DOMO · BARCINONE
CONIVGIS · LEOPOLDI · DE · GREGORIO · MARCHI · SCYLAC ·
MATRIS · FAMILIAS · DILIGENTISSIMAE
IN · SECVNDIS · ADVERSISQVE · REBVS · PROBATAE
· QVAE · MARITO · SVMMIS · HONORIBVS · FVNCTO
COMES · FIDISSIMA
EADEMQVE · PARENS · AEQVISSIMA · FILIIS
CONIVGIVM · ANN · XXVII · VIDVITATEM · ANN · XIIII ·
PRVDENTIA · ET · MAGNITVDINE · ANIMI
NOBILITAVIT
PIA · VIXIT · ANN · LXXV · M · X · D · III ·
DECESS · ROMAE · PRID · KAL · DEC · AN · M · DCCIC ·
EMMANVEL · ET · FRATRES · HEREDES
MONVMENTVM · EX · TESTAMENTO
FECERVNT
MATRI · CARISSIMAE · B · M ·

CCCXXXXII. (Claris)

HEIC · SITA · EST
MARGARITA · FAVSTINI · KATAPANI · FILIA
VXSOR · CHRISTOPHORI · BOSETTI
ARCHIATRI
MATER · INGENI · MITISSIMI
ET · CIRCA · LIBEROS · DILIGENTISSIMA
QVAE · PIA · VIX · ANN · XXXIII · M · III · D · XXVI ·
DECESSIT · VIII · KAL · SEPT · AN · M · DCCC ·
MARITVS · CONTRA · VOTVM · POSVIT
CONIVGI · SVAVISSIMAE · B · M ·
QVA · CVM · FECIT · ANN · P · M · XIII ·
AVE · ET · VALE · IN · PACE · ☧

CCCXXXXIII. (Mantuae)

ANNA · QVAE . ET · MARIA · VICTORE · VETTORIO · NATA
ANTONI · PALTRINIERI · VXSOR
HEIC · SITA · EST
VIRI · DELICIVM · DECVS · PATRIAE
QVAE · BONIS · ARTIBVS · DISCIPLINISQVE · FLORENS
ET · COMMENTATIONVM · VARIETATE · ATQVE · COPIA · ILLVSTRIS
IN · PLERASQVE · DOCTORVM · VIRORVM · SOCIETATES
HONORIS · CAVSSA · ADLECTA
SVMMAM · INGENI · ET · DOCTRINAE · LAVDEM
MODESTIA · ET · COMITATE · SVPERAVIT
MATERQVE · FAMILIAS · DILIGENTISSIMA
ANIMVM · EADEM · SVVM
MAIORIBVS · VIRTVTIBVS · EXCOLVIT · IMPENSIVS
A · TENERIS · ANNIS
DEI · AMOREM · RELIGIONIS · STVDIVM
VITAE · INNOCENTIAM · IN · EXEMPLVM · COMPLEXA
VIXIT · ANN · LIII · INTEGRA · INTEGROS
RAPTA · IN · CAELVM · INOPINATO · EXITV
KAL · IAN · AN · M · DCCC · II ·
ANTONIVS · FECIT · CONIVGI · DESIDERATISSIMAE
PLVS . MERITAE · QVAM · TITVLO · SCRIBI · POSSET

CCCXXXXIIII· (Veronae)

☧ HEIC · SITA · EST ☧

LAVINIA · CL · F · SAREGO · NATA

VXSOR

KAROLI · POMPEI · COM · ILLVSIOR

LECTISSIMA · MATRONARVM · MATERQVE · FAMILIAS

INGENIO · ET · DILIGENTIA · INSIGNIS

IN · QVA · RELIGIO · PERPETVA · MORVM · SVAVITATE · AVCTA

IN · EXEMPLVM · ELVXIT

PARQVE · DIVITIIS · EGENTIVM · SOLATIO

LARGITAS · PERENNAVIT

PIA · VIXIT · ANNOS · P · M · $\overline{\text{LXXV}}$ ·

BONORVM · OMNIVM · AMOREM · VIRTVTE · PROMERITA

DEC · $\overline{\text{X}}$ · KAL · APR · AN · $\overline{\text{M}}$ · $\overline{\text{DCCC}}$ · $\overline{\text{XIIII}}$ ·

MARITVS · MOERENS

FECIT · CONIVGI · DESIDERATISSIMAE

CVM · FILIO · ATQVE · NVRV

PACEM · AETERNAM · PRECATVS · APVD · CAELESTES

CCCXXXXV· (Calvisani in agro Brix·)

HEIC · SITA · EST

IVLIA · FERRABOSCHI · F · ROVETTA

MATRONA · FRVGI · MVNIFICA

QVAE · LIBERIS · AMISSIS · OMNEM · SVBSTANTIAM · SVAM

EA · LEGE · PATRIAE · TRANSMISIT

VTI · LVDO · PVBLICO · PVERIS · APERTO

DE · CALCVLATORE · AD · RHETOREM

INSTITVTIO · ESSET

VTIQVE · EX · EA · PECVNIA

QVAE · QVOTANNIS · SVPERFVISSET

EGENIS · QVOS · MAXIME · MORBVS · TENTASSET

SVBVENIRETVR

VIX · ANN · P · M · $\overline{\text{LXXII}}$ ·

DECESSIT · $\overline{\text{XVII}}$ · KAL · MAIAS · ANNO · $\overline{\text{M}}$ · $\overline{\text{DCC}}$ · $\overline{\text{LXXXXI}}$ ·

FRANC · BRIGGIA · FELIX · RICCIARDVS · CVRATORES

BENE · MERENTI · POSVERVNT

CCCXXXXVI. (Romae)

MARIAE · METILDAE · BERNARDINI · F · FINVCCIAE
QVAE · SVMMA · NATVRAE · DONA
VIRTVTE · PARI · CVMVLAVIT
PIA · VIX · ANN · XXX · TANTVM
DEC · IDIBVS · SEPT · AN · M · DCC · LXXXXII ·
INNOCENTIVS · THOMAE · F ·
POLITVS
V · E · BORGIAE · CARD ·
ADIVTOR · AB · EPISTVLIS
FECIT · CONIVGI · OPTIMAE
MENSE · A · NVPTIIS · OCTAVO
PRAEREPTAE
AVE · COMPAR · SVAVISSIMA
ET · VALE · IN · PACE · ☧

CCCXXXXVII. (Mantuae)

MEMORIAE
OCTAVIAE · FRANC · PICHI · F ·
VXSORIS · PAVLLI · ARRIVABENI · V · C ·
MATRIS · LIBERORVM · XVIII ·
QVAE · INVICTO · A · CVPIDITATIBVS · ANIMO
NEC · PROSPERIS · VNQVAM · ELATA · EST
NEC · ADVERSIS · AFFLICTA
PIA · VIXIT · ANNOS · LVII · MENS · X ·
MATERNIS · OFFICIIS · EGREGIE · FVNCTA
VIDITQVE · FILIOS · HONORIBVS · ET · MVNERIBVS · AVCTOS
FILIAS · SPECTATIS · VIRIS · FAVSTO · CONVBIO
IVNCTAS · AVT · SPONSAS · RELIQVIT
DIVTVRNI · VIM · MORBI · STRENVE · PERPESSA
DECESSIT · PLACIDISSIMO · EXITV
XII · KAL · SEPTEMBR · ANNO · M · DCCC · VIII ·
IN · PACE · ☧
FRATRES · ET · SORORES · VNANIMAE
PARENTI · OPTIMAE · DESIDERATISSIMAE
POSVERE

CCCXXXXVIII. (Brixiae)

LVCIAE · COMAROLIAE
VXSORI · IOSEPHI · IOAN · F · CALDANAE
ANNOR · LXVIII ·
QVAE · A · VIRGINITATE · PIETATEM · SEQVVTA
EANDEM · NVPTA · ET · VIDVA · COLVIT
LIBEROS · AMAVIT · VNICE
MATER · FAMILIAS · DILIGENTISSIMA
HABITA · EST
DECESS · X · KAL · NOVEMBR · ANNO · M · DCCC · IIII ·
HVIC · FILII · FILIAEQVE · MONVMENTVM
CVM · LACRIMIS · POS ·
AVE · PARENS · OPTIMA · ET · VALE

CCCXXXXVIIII. (Claris)

MARIAE · APOLLONIAE · IOAN · GIANI · F ·
VXSORI
IOANNIS · KAR · F · BIANCINELLI
MATRI · LIBERORVM · XVI ·
QVAE · NOVEM · CAELO · TRANSMISSIS
RELIQVIS · AD · VIRTVTEM · SANCTE · EDVCATIS
PIA · VIXIT · ANN · XXXVIII · M · VI · D · VI ·
INNOCENTIA · COMITATE · SOLLERTIA
PRINCEPS · FEMINARVM
EADEMQVE · ALTRIX · PERPETVA · EGENTIVM
ET · SACRAE · NVPTARVM · INSTITVTIONIS · MVLTOS · ANN ·
ANTISTITA · RELIGIOSISSIMA
A · PVERPERIO
LAETA · MIGRAVIT · AD · CAELESTES · FILIOS
XVI · KAL · NOV · ANNO · M · DCCC · VII ·
LOCVS · CENOTAPHIO · DATVS
DECR · MAGISTROR · DOCTR · CHRIST · TRAD ·
ADDITA · SIDERIBVS · MATER · BONA · RESPICE · PROLEM
QVAE · PROCVL · EXEMPLO · IAM · CARET · ORBA · TVO
NAM · TE · QVAE · PROPIOR · CIRCVMVOLAT · HAVD · OPIS · ILLA
INDIGET · HVIC · OMNIS · DEBITA · CVRA · MODO · EST

CCCL. (Brixiae)

HEIC · IN · PACE · ☧ · COMPOSITA · EST
ROSA · ROSSIO · NATA
VXSOR · SANCTIS · FORCELLAE · DOMO · PONTEVICO
MATER · FAMILIAS · DILIGENTISSIMA
PIA · FRVGI · PVDICA
QVAE · BRIXIAE · INNOCVO · PARTV · ENIXA
IN · PVERPERIO · RAPTA · EST
PRIDIE · NON · DECEMBR · AN · M · DCCC · XIII ·
VIX · ANN · XXXVII · TANTVM
MARITVS · ET · LIBERI
AD · LVCTVM · ET · LACRIMAS · RELICTI
FECERVNT
CONIVGI · INCOMPARABILI
MATRI · DESIDERATISSIMAE

CCCLI. (apud Vrceanos veteres)

MEMORIAE · ET · VIRTVTI
ROSAE · IOAN · F · GIANIAE
DOMO · CLARIS
VXSORIS · ANTONI · FRIGERI
MATRONAE · LECTISSIMAE
QVAE · FORMA · RELIGIONE · INTEGRITATE
OMNIVM · OBSEQVIA · MERITA · EST
PERPETVAMQVE · IN · EGENOS · LIBERALITATEM
CVM · REI · FAMILIARIS · CVRA · MIRE · CONIVNXIT
VIX · ANN · XXXXII · M · VIII · D · XVIIII ·
DEC · VI · KAL · IVL · AN · M · DCCC · XIII ·
IN · PVERPERIO · RAPTA
QVVM · SVMMO · DOCTRINAE · CHRISTIANAE · MAGISTERIO
SANCTE · FVNGERETVR
MARITVS · POSVIT · CONIVGI · INCOMPARABILI
CVM · QVA · FECIT · ANN · X · D · XX ·
AMORE · MVTVO · FIDE · PARI

CCCLII. (Claris)

A ☧ Ω

MARGARITAE · IAC · FARINAE · FILIAE
VXSORI · KAROLI · IOS · F · AIARDI
PIAE · FRVGI · VNIVIRAE
MATRIFAMILIAS · DILIGENTISSIMAE
QVAE · VIXIT · ANN · LXVI · M · X · D · XV ·
AMOREM · CIVIVM · ET · REVERENTIAM
VIRTVTE · PROMERITA
DECESSIT · PLACIDISSIMO · EXITV
VIII · KAL · AVG · AN · M · DCCC · VII ·
HVIC · COLLEGIVM · MAGISTROR · DOCT · CHR · TRAD ·
QVOD · ANNOS · XXXXIIII ·
PVELLIS · AD · SANCTAM · SYNAXIN · INFORMANDIS
OPERAM · SEDVLAM · ET · VTILEM · NAVARIT
HONORIS · CAVSSA
MONVMENTVM · ET · TITVLVM · DECREVERE



CCCLIII. (Brixiae)

HEIC · ADQVIESCIT
CAMILLA · PROVALIO · NATA
VXSOR
IOAN · ESTORIS · MARTINENGI · SENAT ·
CL · F · VIRI · AMOREM
VIRTVTE · MERITA
ET · CARITATE · ERGA · LIBEROS
INSIGNIVM · MATRONARVM · LAVDES
SVPERGRESSA
QVAE · IN · PVERPERIO · RAPTA · DECESS ·
XI · KAL · FEBR · AN · M · DCCC · XIIII ·
FLORENTIS · AETATIS · AN · XXXIII · M · VIIII · D · XV ·
MARITVS · MOERENS
COMPOSVIT · APVD · MAIORES · SVOS
AVE · CONIVX · DESIDERATISSIMA
ET · VALE · IN · PACE · ☧

CCCLIIII. (Romae)

☧ HEIC · SITA · EST ☧
ISABELLA · VIRGO
ANNOR · XXVIIII ·
PIA · COMIS · PVDICA
INGENIO · MITISSIMA
CVI · PATRIS · CARITAS · POTIOR
QVAM · NVPTIAE · FVIT
IOANNES · BAPTISTA · FORNARIVS
PROCVRATOR · A · SVPELLECTILI · SACR · PALAT ·
FILIAE · RARISSIMAE
CVM · LACRIMIS · FECIT
QVAE · DECESS · III · KAL · IVN · AN · M · DCC · LXXXVIIII ·
AVE · ANIMA · SVAVISSIMA
ET · VALE · IN · PACE

CCCLV. (Mediolani)

HEIC · SITVM · EST · CORPVS
MARIAMNES · M · F · LVCCATELLIAE
VXSORIS
GALEATII · PALLAVICINI · DYNASTAE
MATRISFAMILIAS · INDVLGENTISSIMAE
QVAM · RELIGIO · COMITAS · LIBERALITAS
CLARISSIMIS · MATRONARVM
AEQVAVERE
VIX · ANN · LXVIII · M · XI · D · XVII ·
VIRTVTI · MAIORVM · ET · DIGNITATI
NVMQVAM · IMPAR
DECESS · PLACIDISSIMO · EXITV · IN · PACE · ☧
XVII · KAL · DEC · AN · M · DCCC · XIIII ·
VIM · MORBI · ANIMO · INVICTO · PERPESSA
ET · LVGENTI · FAMILIAE · FAVSTA · OMNIA
A · DEO · PRECATA
MARITVS · ET · LIBERI · MOERENTES
POSVERE
CONIVGI · ET · MATRI · INCOMPARABILI

CCCLVI· (Brixiae)

HEIC · IN · PACE · ☧ · QVIESCIT
ANGELA · CAESARIS · F · OLMIA
VXSOR
FRIDERICI · NICOLI · CRISTIANI
PIENTISSIMA · MATRONARVM
QVAE · PARENTVM · DELICIVM · VIRI · DECVS
ET · PRAESIDIVM · FVIT
MATERQVE · FAMILIAS · COMIS · BENIGNA
LIBEROS · IN · SPEM · VIRTVTIS · EDVXIT
AT · HEV · POST · SEPTIMVM · MATRIMONII · ANNVM
EODEM · QVO · NVPSERAT · DIE · RAPTA
EX · LATERIS · DOLORE · DECESSIT
XVI · KAL · MAIAS · AN · M · DCCC · XV ·
QVVM · VIXISSET · ANNOS · TANTVM · XXXVII · M · II · D · XIIII ·
CONIVGI · RARISSIMAE · B · M ·
CONTRA · VOTVM · MARITVS · FECIT
AD · LVCTVM · ET · LACRIMAS · RELICTVS



CCCLVII· (Claris)

HEIC · COMPOSITA · EST
IN · PACE · ☧
FRANCISCA · RATTIA
ANNOR · P · M · XXXXI ·
VXSOR · IOSEPHI · VIGANOI
PIA · COMIS · MISERICORS
DE · LIBERIS · OPTIME · MERITA
QVAE · VIM · MORBI · DIVTVRNI
MAGNO · ANIMO · PERPESSA
AD · CAELESTES · LAETA · AVOLAVIT
III · NON · NOV · AN · M · DCCC · XV ·
MARITVS · CONTRA · VOTVM · FAC · CVR ·
CONIVGI · SVAVISSIMAE · B · M ·
AVE · LVX · MEA · ET · VALE

CCCLVIII. (in finib. Brix.)

OCTAVIA · BONI · FILIA
ANTONI · CAPRETTI · VXSOR
ANNORVM · XXXXVI ·
MATRONA · LECTISSIMA
VIRI · AMOR · ET · LIBERORVM
CVIVS · BENIGNITAS
EGENTIBVS · MVLTIS · SOLATIO
PIETAS · EXEMPLO · OMNIBVS · FVIT
RAPTA · EST
APVD · CLARENSES · VII · ID · NOV · AN · M · DCCC · VI ·
MAGDALENE · FAC · CVR ·
MATRI · OPTIMAE · PLVS · DE · SE · MERITAE
QVAM · TITVLO · SCRIBI · POSSIT



CCCLVIIII. (Cremonae)

KATHARINAE · KAR · F · SECCHIAE · ARAGONIAE · COMITI
VXSORI · NICOLAI · EX · EADEM · GENTE
DYNASTAE · CALCIENSIS
MATRI · FILIORVM · XIIII ·
QVAM · VIRTVS · AD · CAELVM · EVEXIT
ET · OMNIBVS · COMMENDAVIT
DECESS · PRIDIE · NON · IAN · AN · M · DCCC · XVII ·
ANNOS · NATA · LXXXVI ·
FRANCISCVS · ET · CYRVS · FILII
ET · MARIA · THERESIA · FRATRIS · EIVS · CONIVX
BENEMERENTI · POSVERE

CCCLX· (Brixiae)

MAGDALENE · HEIC · SVM · PITOZZI · VXSOR
QVAE · LIBEROS · LAETA · LIBENSQVE
EDVCAVI
CVM · IPSO · CONIVGE
PROBOS · OBSEQVENTES · RELIQVI
EADEM · EGENORVM · IMMEMOR · NVNQVAM
GRATA · PARENTIBVS
QVI · MIHI · PIETATE · PRAEIVERVNT
DECESSI · IN · PACE · ☧ · NONIS · MAIIS
ANNO · M̅ · D̅C̅C̅C̅ · X̅V̅I̅I̅ ·
AVETE · FILII · SVAVISSIMI · ET · VALETE
VOS · MANEO · APVD · CAELESTES

§. III.

EPITAPHIA PVERORVM ET PVELLARVM

CCCLXI. (Brixiae)

HEIC · DORMIT
HENRICVS · PVER · QVI · ET · CONSTANTIVS
MENSIVM · X · D · VIIII ·
PRAEREPTVS · BRIXIAE · PR · ID · AVG ·
ANNO · M · DCCC · VII ·
PARENTES · MISERI
FRANC · CAPRIOLIVS · HELENA · VGONIA
COMPOSVERE
VBI · ET · NATVS · V · NON · OCT ·
HEV · A · MATRE · QVAE · ET · NVTRIX · ERAT
CVR · AVOLASTI · FESTIVE · BLANDE
DELICIVM · VNICVM

CCCLXII. (Claris)

H · S · E ·
CATHARINE · PETR · GOFI · ALEX · F ·
ANNOR · VIIII ·
AVE · ANIMA · INNOCENS

CCCLXIII. (Brixiae)

LACRIMVLAM · TIBI · HOSPES · HABETO
RITE · EGO · LOTVS · EVOLAVI · AD · SVPEROS
XIIII · KAL · IANVAR ·
ANNO · M · DCCC · XIII ·
BENE · MATRI · PRECATVS
QVOD · VRBE · BELLI · METV · TREPIDANTE
ME · SEPTIMO · LVNAE · CVRSV
MATVRVM · CAELO · EDIDISSET
AT · HEIC · EXSVVIAS · MEAS · COMPOSVIT
MARTINENGVS · PATER
QVVM · VIXISSEM · HORAS · V ·

CCCLXIIII. (Brixiae)

LAVRENTILLVS · HEIC · DORMIT
PVER · ANNORVM · SEPTEM
AMOR · ET · DELICIVM · PARENTVM
QVI · AETATEM · INGENIO · ET · MORIBVS
LONGE · LONGE · VICERAT
RAPTVS · EST · XV · KAL · MART ·
ANNO · M · DCCC · XIII ·
CAIETANVS · FORNASINIVS · FECIT
FILIO · RARISSIMO
CONTRA · VOTVM
AVE · ANIMA · INNOCENTISSIMA
ET · VALE · IN · PACE · ☧
GNATE · PRIOR · VOLITANS · QVI · NVNC · TRANS · SIDERA · REGNAS
HIS · PRECOR · VT · SEDEM · QVI · GENVERE · PARES



CCCLXV. (in finib. Brix.)

OCTAVILLA · M · FLAVIANI · F ·
ANNOR · XV ·
HEIC · SITA · EST
DELICIVM
DOMITILLAE · MATRIS
SOLACIVM
EVNICES · AVIAE
QVAE · INGENIVM · ACRE
FORMAM · PRAECLARAM
ORNABAT
PIETATE · SINGVLARI
ΟΥΚ · ΑΠΕΘΑΝΕ · ΤΟ · ΚΟΡΑΣΙΟΝ
ΑΛΛΑ · ΚΑΘΕΥΔΕΙ

CCCLXVI. (Veronae)



ALFONSA · ALOISI · MINISCHALCHI · F ·
H · S · E ·
INFANS · FESTIVA · DVLCIS
DOLOR · PARENTIVM · PATRVORVM
AVORVM
QVAE · VIX · ANNVM · ET · MENS · III ·
PRAEREPTA · PR · ID · MAIAS
AN · M · DCCC · XI ·
MARIAMNE · ERIZO · CVM · VIRO
FECIT · FILIAE · SVAVISSIMAE
CONTRA · VOTVM
AVE · ANIMA · INNOCENS · ADDITA · CAELESTIBVS
ESTO · MEMOR · NOSTRI



CCCLXVII. (in finib. Bergom.)

HEIC · SITI · SVNT
STVCCHI · FRATRES
IOANNES · ET · HOMERVS
QVOS · LVE · GRASSANTE · MALAE · PVSVLAE
NIHIL · TALE · MERITOS · PEREMERVNT
DECESS · ILLE · XVII · KALEND · OCTOBR · AN · M · DCCC · XVII ·
ANNOS · NATVS · XV · M · II · D · XX ·
HIC · FRATREM · VNDECIMO · POST · DIE · SVBSEQVVTVS · EST
QVVM · VIXISSET · ANNOS · XIIII · M · IIII · D · I ·
ET · ERANT · AMBO · AB · IPSA · PVERITIA · PIETATI · ET · LITTERIS · DEDITI
AMBO · MAIORVM · REVERENTISSIMI
ACRI · VTERQVE · INGENIO · ET · AD · GRANDIA · NATO
IOANNES · ET · IOSEPHA · PARENTES
AD · LVCTVM · ET · LACRIMAS · RELICTI
MOERORIS · SVI · MONVMENTVM · POSVERE
FILIIS · CARISSIMIS · OBSEQVENTISSIMIS

CCCLXVIII· (Castilionis Stiver·)

ALOISIA · HEIC · SITA · EST · DOMO · MANTVA
PROLES · TERTIA
DYNASTAR · IOAN · FRANCISCI · ET · CAECILIAE · CONIVGVM
ARRIGONIORVM
QVAE · MENSE · XIII · DIE · XXIIII ·
VITAE · EXORIENTIS
AD · SORORES · SVAS · CAELESTES
AVOLAVIT
PARENTES · CONTRA · VOTVM · FAC · CVR ·
AVE · ANIMA · INNOCENTISSIMA
ET · VALE · IN · PACE · ☧

CCCLXVIIII· (in finib· Mantuanor·)

A ☧ Ω

IOSEPHO · IOAN · F · BORCHETTIO
PVERO · SVAVISSIMO
PIETATIS · STVDIO · ET · INGENII · LAVDE
FLORENTI
QVEM · OSTENSVM · TERRIS
SOCIVM · SIBI · CAELESTES · OPTAVERE
VIXIT · ANN · XIII · M · VII · D · XXIII ·
TANTVM
AETATEM · VIRTVTE · SVPERGRESSVS
HANCCE · NEC · DIVTVRNI · VIS · MORBI · PERCVLIT
NEC · IMPENDENS · EXITVS · TERRVIT
NEC · ABIECTAE · DOMVS · MOEROR · DEBILITAVIT
RAPTVS · III · NON · FEBR · AN · M · DCCC · XVII ·
AMOREM · OMNIVM · ELICVIT · ET · LACRIMAS
PARENTES · HEV · ACERBI · FVNERIS · MEMORES
FILIVM · REVERENTISSIMVM
PERENNI · LVCTV · HONORANT
QVID · FLETIS · CAELO · QVI · ME · GENVISTIS · VT · VNA
SIT · PATRIA · HAEC · NOSTRI · PIGNORA · AMORIS · ERANT

CCCLXX. (Mantuae)



KAROLO · BONO · INNOCENTI
PATRIS · DELICIO
QVEM · PRAECLARA · IAM · INGENIO · POLLICENTEM
VTI · SEMPER · SAPERET
CAELESTES · RAPVERE
QVVM · ANNVM · AGERET · XV · M · VIII ·
KAL · MAIIS · ANNO · M · DCCC · XV ·
NICOLAVS · IPPOLITVS · DYNASTA · GAZOLDENSIVM
POSVIT · FILIO · B · M ·
AVE · ET · VALE · ANIMA · BEATISSIMA
ATQVE · VBI · NVNC · VIGES
ESTO · MEMOR · NOSTRI · QVI · TE · AMAVIMVS · VNICE

§. IIII.

EPITAPHIA SEPVLCRORVM COMMVNIVM

CCCLXXI. (Romae)

QVIETI · ET · MEMORIAE
IOSEPHI · ANTONI · F · BENETTI
SACRI · CIVILISQ · IVRIS · CONSVLTI
ADVOCATI · IN · CONSISTORIVM · PRINCIPIS · ADV · FISCI
FORENSIBVS · LABORIBVS
ET · CVRATIONIBVS · PVBLICIS
DOMI · FORISQVE · CLARISSIMI
QVEM · RELIGIO · LIBERALITAS · FIDES
SVMMIS · VIRIS · AEQVAVIT
PIVS · VIXIT · ANN · LXII · M · VII · D · XVIII ·
DECESSIT · PLACIDO · EXITV
NON · NOV · AN · M · DCC · LXXXXI ·
CVRATORES · EX · TEST · FECERVNT
IN · MONVMENTO · QVOD · V · COMPARAVIT
SIBI · ET · IACOBO · FRATRI · Θ
A · SACRIS · D · N · PII · VI · P · M ·
ET · VRSVLAE · VECHIAE · VXORI · CARISSIMAE
ET · SORORIS · LIBERIS · BENVCCIIS
POSTERISQVE · EORVM

CCCLXXII. (Romae)

ANTONIVS · RAPHAEL · MENGS
EQVES
LOCO · EMPTO
MONVMENTVM · FECIT
MARGARITAE · GVAZZIAE
VXORI · CARISSIMAE
BENE · MERENTI
ET · SIBI · LIBERIS
POSTERISQ · SVIS
ANNO · M · DCC · LXXVIIII ·
IN · FR · P · X · IN · REC · P · XII ·

CCCLXXIII· (Cinguli)

A V · F · Ω

IOAN · PETRVS

GREG · F · IOS · N · GREG · PRON ·

SIMONETTVS

AN · AET · LXX · A · P · V · M · DCC · LIII ·

SIBI · ET · BIRGITTAE · PVCCETTAE

VXORI · CARISSIMAE

LIBERIS · POSTERISQVE · SVIS

CINGVLI · NOVA · IN · PATRIA

COMMVNE · SEPVLCRVM

QVO · PATRICIA · GENS · SIMONETTA

POST · AESINAS · SEDES

A · MAIORIBVS · RELICTAS

INFERRETVR

CCCLXXIIII· (Romae)

ASCANIO · GREG · F · ASCAN · N · LEONIO

VIRO · MITISSIMO · PIENTISSIMO

EXIMIA · NOBILITATE · VIRTVTE · PARI

QVI · VIX · ANN · LXXXII ·

DECESSIT · V · IDVS · DEC · AN · M · DCC · LIII ·

ITEM · MEMORIAE · MAIORVM

DYNASTARVM · CASTRI · LVPPAE

QVI · REGI · LADISLAO · ANDEGAVENSI

REGI · ALFONSO · ARAGONIO

CETERIS · REGIBVS

EGREGIA · BELLI · DOMIQVE · OPERA

NAVATA

IMMOBILIS · FIDEI · LAVDEM

AMPLIS · HONORIBVS · ET · REGIA · AVCTORITATE

TESTATAM · RELIQVERVNT

IACOBVS · ASCANI · F · LEONIVS

IN · AVITO · MONVMENTO · FECIT

ET · SIBI · LIBERIS · POSTERISQVE · SVIS

CCCLXXV. (Brixiae)

A ☧ Ω

HEIC · ADQVIESCVNT
CASPAR · LODIVS · ANNOR · LXXI ·
ET · THERESIA · VXSOR · ANNOR · LII ·
PARENTES · FILIOR · XIIII ·
INTEGRITATE · SVMMA · AMORE · PARI
CONCORDES
AMBO · POST · AVRELIVM · PVERVM · COMPOSITI
QVEM · IN · IPSO · AETATIS · FLORE
FESTIVVM · STRENVVM · OBSEQVENTEM
MORS · PRAERIPVIT
FILII · SVPERSTITES · ANNO · M · DCCC · IIII · FECERVNT
PATRI · A · QVO · REM · FAMILIAREM
SINE · CVIVSQVAM · QVERELA · AVCTAM · ACCEPERE
MATRI · QVAM · ALTRICEM · DOMVS
ET · MAGISTRAM · PIETATIS · FATENTVR
FRATRI · QVI · CAELESTE · ITER · PRIMVS
SEQVVTVRIS · MONSTRAVIT
AVETE · ANIMAE · BENE · MERENTES

CCCLXXVI. (Brixiae in templo Pacis)

OSSA · HEIC · SITA · SVNT
SODALIVM · PHILIPPIANORVM
QVI · PRIMI
BRIXIAE · CONVENERE
QVAE · HVC · TRANSLATA · VIII · ID · IANVAR ·
ANNO · M · DCCC · VII ·
EX · HYPOGEO · VETERIS · AEDIS · PACENSIS
VBI · PRIMITVS · CONDITA · REQVIEVERANT
VALETE · AVCTORES · ET · PARENTES · NOSTRI
VLTIMA · PROGENIES · VESTRA
AETERNAM · IN · ☧ · PACEM · ADPRECAMVR

CCCLXXVII. (Claris ad aedem Sebastianeam)

NON · APRIL ·
ANNO · M · DCC · LXXXXI ·
NE · VETVS · CONDITORIVM
MORITVRIS · DEESSET
OSSA · PIAE · PLEBIS
QVAE · IN · COEMETERIO · PVBLICO
PER · VICENNALE · SPATIVM
QVIEVERANT
LOCO · DATO
DECR · CVRIAE · ZEBETINAE
ET · SACRIS · AD · EXPIATIONEM
IN · AEDE · PROXIMA
ITERATIS
HVC · RITE · TRANSLATA
CONDITAQVE · SVNT
VALETE · CIVES
IN · PACE



CCCLXXVIII. (Mediolani)

AVGVSTINVS · GERLIVS
QVIETI · ET · MEMORIAE · CAIETANI · CALLANI
VIRTVTE · ET · COGNATIONE · CARISSIMI
FACIVNDVM · CVRAVI
QVOD · MAGNORVM · SCVLPTORVM · PICTORVMQVE
LAVDEM · AEQVAVIT
ITEM · MARIAE · FILIAE · EIVS · VIRGINI
QVAE · PATREM · IMITATA · PINGENDI · ARTE
ALTERAM · HONORIS · PALMAM · TVLERAT
HEV · RAPTA · ANNO · AET · XXIII ·
AT · PVDORE · ET · INNOCENTIA · MAIOR
PATER · COMPOSVIT · AN · M · DCCC · III ·

CCCLXXVIIII· (Fidentiae)

OSSA · HEIC · SITA · SVNT
IACOBI · FERLONI
DOMO · PISALEONE
ADLECTI · IN · ORDINEM · FIDENTINOR ·
PRAEF · ANNONAE · AEDILICIA · POTESTATE
PRAEP · MENSAE · PIGNERATITIAE
CVRATORIS · VALETVD ·
VIRI · ABSTINENTISSIMI
OMNIBVS · HONORIBVS · ET · MVNERIBVS · SANCTE · PERFVNCTI
QVI · VIXIT · ANNOS · LXXX · M · IIII ·
DEO · VIRTVTE · CARVS
VIGILANTIA · LIBERALITATE · CONSILIO
DE · LIBERIS · DE · CALAMITOSIS · DE · CIVIBVS
OPTIME · MERITVS
DECESSIT · IN · MAGISTRATV
PRIDIE · IDVS · IAN · AN · M · DCC · LXXXVII ·
ANTONIVS · SEVERINVS · CVM · LACRIMIS · FECIT
PATRI · CARISSIMO · INDVLGENTISSIMO
ET · FRANCISCAE · MATRI · DVLCISSIMAE · DOLORIS · MODO · SOCIAE
NVNC · LVCTVS · NOVI · CAVSSAE
ET · SIBI
AVETE · ANIMAE · PIENTISSIMAE · IN · PACE · ☧
FILIVS · HEIC · QVO · DIE · DEVS · IVSSERIT
VOBISCVM · ERO

CCCLXXX· (Claris in suburbio)

CIVIBVS · HOSPITIBVSQVE
IN · PACE · ☧ · DEFVNCTIS
CEPOTAPHIVM · D · D · ADTRIBVTVM
QVOD · RITE · DEDICATVM · EST
V · KAL · OCT · AN · M · DCCC · XI ·
ALIENVM · HVC · INFERRE · NON · LICET

CCCLXXXI. (in finibus Brixianis)

PONTANI · OLLIENSES
ANNO · M · DCCC · X ·
QVIETI · DEFVNCTORVM · IN · PACE · ☧
CONDITORIVM
ET · SIBI · POSTERISQVE
DEDICAVERVNT

CCCLXXXII.

A ☧ Ω

MAIRANENSES · ET · PIEVEDITIANI
QVOS · RELIGIO · VNA · CONIVNXIT
REQVIETORIVM · COMMVNE
ANNO · M · DCCC · X ·
EX · PECVNIA · COLLATITIA
SIBI · POSTERISQVE · CONDIDERVNT

CCCLXXXIII. (apud Coccalienses)

A ☧ Ω

CIVIBVS · REVICTVRIS
QVOS · VNA · RELIGIO · CONCORDES
AD · AEVI · AETERNI
BEATITATEM · ALVIT
LOCVS · QVAQVAVERSVM
MACERIA · CLVSVS
EX · PLEBISCITO
AD · QVIETEM · DATVS · EST
ANNO · M · DCCC · VIIII ·

CCCLXXXIIII. (apud Calcienses in fin. Cremon.)

A ANNO · M · DCCC · IIII · Ω
FRATRIBVS · REVICTVRIS · COMMVNE · SEPVLCRVM
AD · QVIETEM · SOLATIVMQVE
☧ CONDITVM · EST ☧
EX · STIPE · QVAM · POPVLVS · CONTVLIT



CCCLXXXV. (Claris)

PIIS · MANIBVS
PEREGRE · DEFVNCTORVM
EX · ADSERTORIBVS · CATHOLICAE · PROFESSIONIS
MAGNAE · ANIMAE · PRODIGIS
QVOS · CYRNAEVS · HOSTIS · E · SEDIBVS · SVIS
AD · XIIII · MILLIA · HOMINVM · EXTORRES
IN · GALLIAM · INSVLASQVE · TYRRENICI · MARIS
DEPORTARI · IVSSIT
CENOTAPHIVM · A · CLARENSIBVS
IN · AETERNAM · MEMORIAM · ANTIQVAE · VIRTVTIS
QVA · RVRSVM · ECCLESIA · DEI
AEVO · QVOQVE · NOSTRO · LAETATA · EST



CCCLXXXVI. (Romae)

QVIETI · GIACCHIORVM
LOCO · DATO · A · FAMILIA · D · N ·
MARIAE · MERCEDONIAE
PRIMVS · IN · MONVMENTVM
ILLATVS · EST · PETRVS · GIACCHIVS
SENIOR · COLLEGI · CVRIALIVM
ADVOCATVS · SACRARVM · OBLIGATIONVM
QVI · VIX · ANN · LXVII ·
DECESSIT · XI · KAL · DECEMBR · ANNO · M · DCC · LXXXV ·
AVE · IN · PACE · ☧

CCCLXXXVII. (in finib. Mantuanor.)

A ☧ Ω

IOSEPHO · EVANGELISTAE · VIANIO
VIRO · PIENTISSIMO
DE · LIBERIS · ET · PATRIA · OPTIME · MERITO
MVNERIBVSQVE · PVBLICIS · SANCTE · PERFVNCTO
QVI · VIXIT · ANNOS · LXXV · AEQVI · OBSERVANTISSIMVS
DEC · PRIDIE · NON · MAIAS · AN · M · DCCC · III ·
ITEM · IOANNAE · VXSORI · ANTIQVAE · VIRTVTIS
QVACVM · VIXIT · CONCORDISSIME
FILII · MOERENTES
MONVMENTVM · FAC · CVR ·
PACEM · PRECATI
PARENTIBVS · SVAVISSIMIS

CCCLXXXVIII. (in finib. Brix.)

H · S · E ·
CVM · IVLIA · TOMACELLIA
VXSORE · CARISSIMA
INNOCENTIVS · MONIGA · V · C ·
VIRTVTE · PARI
CVIVS · LIBERALITATE
CVRIALE · TEMPLVM · INCOHATVM
PRODVCTVMQVE
POSTHVMA · PROVIDENTIA · PERFECTVM · EST
HEREDES · BENEMERENTI · POSVERE
XVIIII · KAL · SEPT · AN · M · DCC · LI ·
VIVIS · ADHVC · MERITOS · NEC · QVISQVAM · OBLITVS · HONORES
PRIMA · FERET · NOMEN · PATRIA · GRATA · TVVM

CAPVT IIII·

INSCRIPTIONES HISTORICAE

§· I.

FASTI

CCCLXXXVIIII· (Romae)

PIO · VI · PONTIFICE · MAXIMO
FASTI · COLLEGI · VRBANI · CHRISTIANO · NOMINI · PROPAGANDO

ANNO · M · DCC · LXXXV · NONIS · IANVARIIS · QVO DIE · COLLEGIVM · ALVMNORVM CHRISTIANO · NOMINI · PROPAGANDO SACRA · SOLLEMNIA · INCOHAT INFANTI · DEO · A · TRIBVS SAPIENTIBVS · ADORATO · IN AEDE · COLLEGI · CELEBERRIMO CONVENTV · PVERI · TRES EX · INSVLA · MADAGASCARIA KAROLVS · IOANNES · IANVARIVS PRIMITIAE · REDINTEGRATI AB · VRBE · EXCVRSVS · PER · V · E · IOAN · KAROLVM · BOSCHIVM CARD · BAPTISMATE · SANCTO RITE · ABLVTI · SVNT · ALBAS IMPONENTIBVS · PARENTVM · VICE VV · EE · CARDD · VITALIANO BORROMEO · IOANNE · ARCHINTO DOMINICO · ORSINO · IIDEMQ · ALBATI . DEDVCENTIBVS · PARENTVM VICE · VV · EE · CARDD · LEONARDO ANTONELLIO · PRAEF · FRANCISCO HERZANE · ANTONIO · CASALIO CHRISTIANVM · SACRAMENTVM ALMO · CHRISMATE · INVNCTI DIXERE · ET · IN · COETVM PIORVM · ADLECTI · FRATERNO IVRE · SANCTA · DE · ALTARI LIBAVERVNT · PROLES NOVELLA · ECCLESIAE MATRIS · IN · SPEM INGENTIVM · POPVLORVM

CCCLXXXX. (Matilicae)

VIII · EID · IVLIAS
ANNO · M · DCC · LXXXV ·
INDVLGENTIA
D · N · PII · VI · PONT · MAX ·
ERGA · MATILICATES
QVIBVS · BENEDICTVS · XIIII ·
LEGITIMA · CIVITATIS · IVRA
REDDIDERAT
HONOR · CATHEDRAE · PONTIFICALIS
RESTITVTVS
AGENTE · CVRAM
PHILIPPO · CAMPANELLIO · V · C ·
IVDICE · SACRAR · COGNIT ·
CIVE · OPTIMO
ET · DE · PATRIA · OPTIME
MERITO

CCCLXXXXI. (ibid.)

ANNO · M · DCC · LXXXV ·
VIII · IDVS · IVLIAS · NATALI · DIE · MVNICIPI
PIVS · VI · PONT · MAX ·
RESTITVTOR · ET · AMPLIATOR · COLLEGI · NOSTRI
CAELESTIBVS · PATRONIS
VIRGINE · DEI · PARENTE · ET · BARPTOLEMAEO · APOSTOLO
AVSPICIBVS · VOTORVM · PVBLICORVM
ECCLESIAM · MATILICANAM
CATHEDRA · HONORIS · PONTIFICALIS · ITERVM · CONSTITVTA
ET · CANONICORVM · ORDINE · IMPENSA · REMISSA
SOLLEMNIBVS · AD · DIGNITATEM · INSIGNIBVS · EXORNATO
IN · AVCTORITATIS · FASTIGIQVE · SVI · PERPETVAM · TVTELAM · RECEPIT

CCCLXXXXII. (Matilicae in foro)

PROVIDENTIA · INDVLGENTIAQVE
D · N · PII · VI · PONT · MAX ·
ERGA · MATILICATES · SVOS
HONOR · THRONI · PONTIFICALIS · VETERI · MVNICIPIO · REDDITVS
CIVIS · CLARISSIMVS · IN · PATRVM · CARDINALIVM · COLLEGIVM · ADLECTVS
SPECIES · VRBIS · NOVIS · AEDIFICIORVM · MOLITIONIBVS · AVCTA
INGENIA · PLEBIS
LANARIO · OPERE · DVPLICATO · AD · INDVSTRIAM · REDVCTA
DIGNITAS · SPLENDIDISSIMI · ORDINIS
ET · PATRIAE · CARITAS · IN · POSTEROS · PROROGATA
DEDIC · NON · IVL ·
ANNO · M · DCC · LXXXXII ·
MAGISTERIO
FRANCI · AQVACOTTAE · PRAEF ·
IOANNIS · TVRI ·
PETRI · SIMONETTI · II · VIR ·

CCCLXXXXIII. (Romae)

X · KAL · IVN ·
ANNO · M · DCC · LXXXIII ·
SACRIS · SOLLEMNIBVS
ALOISIO · GONZAGAE
CAELESTI · PATRONO · STVDIOSAE · IVVENTVTIS
IN · AEDE
ALVMNORVM · VATICAN ·
VETERI · MORE
INSTAVRATIS
D · N · PIVS · VI · PONT · MAX ·
PRIVATO · CVLTV
IMPROVISVS · ADFVIT
SVPPLICANDI
CAVSSA
KAROLO · MATTEIO · CAN · PRAEF ·
FRANCO · ALBITIO · CVR · OP · VAT ·

CCCLXXXXIIII. (Romae)

BENEFICENTIA · ET · AVCTORITATE
D · N · PII · VI · PONT · MAX · OPTIMI · ET · INDVLGENTISSIMI · PRINCIPIS
DOMVS · MENDICANTIVM · PVPILLARVM · A · TEMPLO · PACIS
SAEPE · IN · ANGVSTIIS · REI · FAMILIARIS · OPEM · EIVS · PRAESENTEM · EXPERTA
QVVM · NOVIS · SVMPTIBVS · EXHAVSTA · SCVTAT · NVMMOR · LII · MILLIA · DEBERET
ANNO · M · DCC · LXXXX ·
V · E · ANDREA · CORSINIO · CARD · PATRONO · DEPRECANTE
LIBERATA · AERE · ALIENO · ET · REDITV · AD · SCVT · N · MM · ET · DCCC · AVCTO
CONSTITVTA · EST

CCCLXXXXV. (Mediolani)

KAL · OCT · AN · M · DCCC · X ·
IOSEPHVS · BOSSIVS · PICTOR
NOVIS · AEDIBVS · PRIDIE · ADITIS
ANTONIVM · CANOVAM · SCVLPTOREM
AETATIS · SVAE · PRAESTANTISSIMVM
E · GALLIIS · ITALIA · GESTIENTE · REDVCEM
TANTO · AVSPICIO · LAETVS · PRIMVM · HOSPITEM · ACCEPIT
NVNC · DOMVS · HESTERNO · QVAE · DICOR · NOMINE · BOSSI
CANOVAE · MAGNI · IAM · FRVOR · HOSPITIO
SIC · SOCIATAE · ARTES · MECVM · SIC · REDDITAE · ATHENAE
SI · TANTO · FELIX · HOSPITE · SOLA · FRVAR

CCCLXXXXVI. (Venetiis)

ANNO · M · DCCC · XV · FAVSTO · FELICI
AVSPICE · D · N · IMP · CAES · FRANCISCO · LEOP · AVG · F · AVG ·
CIRCENSES · EQVI · EX · AERE · INAVRATI
DECORA · MAIORVM · ET · MONVMENTA · VETERIS · DIGNITATIS
QVAE · VIS · TEMPORVM · ADVERSA · SVSTVLERAT
AB · IPSA · VRBE · LVTETIA · PARISIORVM
IN · PRISTINVM · BASILICAE · MARCIANAE · PRONAON · REGRESSI
POPVLO · PLAVDENTE · EMICVERVNT

CCCLXXXXVII. (Sublaquei)

XV · KAL · IVN ·
ANNO · M · DCC · LXXXVIIII ·

D · N · PIVS · VI · PONT · MAX · RELIGIONIS · PIETATISQ · ERGO SVBLAQVEVM · VIA · ARCVBVS · INSIGNI · ET · CONTINENTIBVS ADCLAMANTIVM · ORDINIBVS · CELEBERRIMA · PROFECTVS OPPIDANOS · QVOS · IN · CLIENTELAM · FIDEMQ · SVAM · ANTE PONTIFICATVM · RECEPTOS · NEC · ALIIS · TRANSMISSOS · BENEFICIIS MAXIMIS · CVMVLAVERAT · PROPITIVS · REVISIT · ET TEMPLVM · MAGNIFICENTISSIMVM · QVOD · HONORI ANDREAE · APOSTOLI · A · SOLO · SVA · IMPENSA · CONDITVM OMNI · CVLTV · EXORNANDVM · CVRAVERAT · PONTIFICVM FINITIMORVM · MINISTERIO · VSVS · SANCTISSIMIS CAEREMONIIS · CONSECRAVIT

IDEM · POPVLIS · ADLOQVIO · ET · LIBERALITATE · EXHILARATIS SPECV · VENERABILI · BENEDICTI · PATRIS · ET · PROXIMO THOMAE · CORANI · SEPVLCRO · ADITIS · SOLLEMNI SACRO · QVOQVE · IN · AEDE · DEDICATA · PERACTO FAVSTA · OMNIA · A · DEO · SVBLAQVEENSIBVS · SVIS RITE · PRECATVS · OCTAVO · POST · DIE · ROMAM EFFVSA · OBVIAM · CIVITATE · REVERSVS · EST

KAROLO · ASTENSI
MICHAELE · MORONIO
CAMILLO · MARESCOTTO
III · VIRIS
R · P · C ·

CCCLXXXXVIII. (Camerini)

IDIBVS · APRILIBVS
ANNO · M · DCC · LIII ·

IMP · CAESAR · FRANCISCVS · PIVS · FELIX · AVG ·
CONSILIO · INSTANTIAQVE
AVGVSTINI · FORTVNATI · SAVINI · MARCII ·
VIRI · CLARISSIMI · DE · PATRIA · OPTIME · MERITI
COLLEGIVM · MAXIMVM · DOCTORVM · CAMERTIVM
LITTERIS · AMPLISSIMIS · HONESTATVM
IN · LYCEORVM · AVGVSTALIVM · DIGNITATEM
EVEXIT

CCCLXXXXVIIII. (Coccalei)

ANNO · M · DCCC · XVI ·
PROVIDENTIA · V · C · FORTVNATI · KAR · F · MAFFEI
VICANIS · COCCALEENSIBVS · DATVM · EST
VTI · EX · TRITICI · SEROTINI · MODIIS · M · CCCC ·
DONO · ACCEPTIS
MENSAM · MVTVARIORVM · PRIMITVS
IN · SVBSIDIVM · EGENTIVM · INSTITVERENT
HVIC · GRATA · POSTERITAS
NONIS · DECEMBRIBVS · ANNIVERSARIO · SACRO
QVOTANNIS · LITABIT

CCCC. (Romae)

X · KAL · IANVAR ·
ANNO · M · DCC · LXXXIII ·
ADVENTVS · ITERVM
IMP · CAES ·
THERESIAE · AVG · F ·
IOSEPHI · P · F · AVG ·
QVEM
FRANCISCVS · HERZAN
HARRAS · CARD ·
EQ · STEPH · CRVCE · MAGNA
EXORNATVS
LEGATVS · EIVS
CVM · LIBERIS · MANDATIS
PATRONATV · FVNGENS
REGNOR · ET · PROVINC · DOMVS · AVG ·
ITEM · GERMANIAE · VNIVERSAE
IN · AEDIBVS
FABRICI · RVFI · XII · VIRI
VRBI · CVRANDAE
PROPITIVM · HOSPITEM
LAETVS · INCOLA · ACCEPIT
DOMINVM · INDVLGENTISSIMVM · MAXIMVM

CCCCI. (Centi in finib. Bonon.)

ANNO · M · DCC · LXXXII ·
D · N · PIVS · VI · PONT · MAX ·
GERMANICVM · ITER · INGRESSVS
VRBEM · N · VII · ID · MART ·
FAVSTO · ADVENTV · EXHILARAVIT
BENEDICTI · XIIII · OPTIMI · PRINCIPIS
AMOREM · ERGA · CENTENSES
AEMVLARI · VISVS
TEMPLOQVE · MAXIMO · SVPPLICANDI
CAVSSA · ADITO
INTER · POPVLI · ADCLAMANTIS · VOTA
DIGREDIENS
COLLEGIVM · CANONICORVM
ET · SPLENDIDISSIMVM · ORDINEM
ADMISSIONE · ATQVE · ADLOQVIO
DIGNATVS · EST

CCCCII. (Romae)

ANNO · M · DCC · LXXXIII ·
IIII · KAL · IANVAR ·
IOANNE · MARIA · RIMINALDO
PRAEFECTO
IMP · CAES · THERESIAE · AVG · F · KAR ·
AVG · N · IOSEPHVS · P · F · AVG · VRBE
ITERVM · FAVSTO · ADVENTV · EXHILARATA
QVVM · PVBLICA · P · R · MONVMENTA
REVISERET · HVC · AD · VALETVDINARIA
ACCESSIT · DOMVS · REGIMINISQVE
COGNOSCENDI · CAVSSA · IDEM · CVRAM
TVENDAE · PROLIS · MIRATVS · LEGES · IN
EXEMPLVM · CONSTITVTAS · DIXIT
ADMINISTRAS · LAVDE · PVERPERAS · AVRI
STIPE · DONAVIT

CCCCIII. (in Monast. Poliron.)

SALVA · DOMO · AVGVSTA
SALVA · REPVBLICA
ANNO · M · DCC · XXXVIIII · DECVS · INSIGNE · MONASTERIO · N ·
FAMILIAEQVE · VNIVERSAE · ACCESSIT · ADITV · ET · PRAESENTIA
MARIAE · THERESIAE · KAROLI · AVG · F · AVG · MATRIS · POPVLORVM
QVAE · ITINERE · IN · ETRVRIAM · SVSCEPTO · AD · NOS
IDIBVS · IANVARIIS · MERIDIATVM · DIVERTENS · CVM · MAGNO
DVCE · FRANCISCO · VIRO · SVO · ET · KAROLO · FRATRE · EIVS · PROPITIA
SVCCESSIT · HOSPITIO · INDVLSIT
MATRIS · AVGVSTAE · HONORES · CVMVLAVIT · ANNO · M · DCC · LXXXX ·
PRINCEPS · INDVLGENTISSIMVS · FERDINANDVS · PRAESES · PROV ·
AVSTR · TRANSP · PRAEF · NVMER · IN · ITALIA · TENDENTIVM
QVI · FRATRIS · FILIOS · FERDINANDVM · KAROLVM
LEOPOLDVM · IOSEPHVM · NOBILISSIMOS · PVEROS · AD · PATREM
IN · GERMANIAM · EX · ETRVRIA · PERGENTES · III · NON · MAIAS
IN · MONASTERIVM · TANTAE · PROLIS · CORONA · GESTIENS
DEDVXIT
RVRSVM · NONIS · MAIIS · CVM · BEATRICE · ATESTINA · FELICISSIMA
CONIVGE · REGINAM · MARIAM · ALOISIAM · REGIS · KAROLI
CATHOLICI · F · D · N · REGIS · LEOPOLDI · VXOREM · FILIASQVE
EIVS · MAR · ANNAM · MAR · CLEMENTINAM · MAR · AMALIAM
REGIAS · PVELLAS · IN · HOSPITIVM · OCCVRRENS · INVITAVIT
ACCEPIT · AVCTOR · IDEM · REGINAE · PIENTISSIMAE
FVIT · VT · PRAESIDEM · DOMVS · HVMANISSIME · RESPICERET
ATQVE · ADMISSIONE · ET · COLLOQVIO · DIGNARETVR
MAVRVS · MARIVS · ABBAS
QVI · ET · SVMMVS · MAGISTER · ORDINIS · PER · INSVBR · AVSTR ·
MAGNORVM · HOSPITVM · ADVENTVM
LITTERIS · SAXO · INSCVLPTIS · CONSIGNANDVM · CVRAVIT

CCCCIIII· (Romae)

PIO · VI · PONTIFICE · MAXIMO
ANNO · M · DCC · LXXXIII ·
IDIB · NOVEMBR ·
MARIA · AMALIA · IOSEPHI · AVG · SOROR
FERDINANDI · HISPANIENSIS · E · DOMO
REGIA · PRINCIPIS · VXOR · CAPITOLIVM
ET · CVRIAM · INVISIT
ANNO · EODEM
VII · KAL · IANVAR ·
IMP · CAES · THERESIAE · AVG · F ·
KAR · AVG · N · IOSEPHVS · P · F · AVG ·
VICE · D · N · PIO · POST · ADITAM
VINDOBONAM · INTRA · BIENNIVM
REDDITA · CAPITOLIVM · ET · CVRIAM
REVISIT
ANNO · M · DCC · LXXXIIII ·
REX · GVSTAVVS · REGIS · FEDERICI · FILIVS
SVEVICVS · VANDALICVS · GOTHICVS
TRIVMVIRIS · R · P · C · SOLLEMNIA
REPETENTIBVS · ET · SVMMO · MAGISTRO
REGIONVM · VRBIS · CVRATIONEM
AVSPICANTE · IN · CVRIAM · DEDVCTVS · EST

CCCCV· (Ferrariae)

ANNO · M · DCC · LXXXVIII ·
V · E · FERDINANDO · SPINELLO · CARD ·
LEGATO · PRAETORIA · POTESTATE
NOMISMATA · VETERA · INSIGNE · MVSEI · ORNAMENTVM
QVAE · FVRTO · ABLATA · HVMIQVE · ABDITA
NEFARIORVM · HOMINVM · FRAVS · PESSIMO · PVBLICO · CONFLANDA
IGNI · DEVOVERAT
SOLLERTIA · PROVIDENTISSIMI · PRAESIDIS
INTRA · QVATRIDVVM
OMNIA · AD · VNVM · RECEPTA · SVNT

CCCCVI. (Romae)

D · N · PIO · VI · PONTIFICE · MAXIMO
OB · INVICTVM · DIFFICILLIMIS · TEMPORIBVS · ANIMVM
PRAECLARE · DE · RE · PVBLICA · MERITO
PRO · STATVAE · AENEAE · HONORE · QVEM · A · POPVLO · ROMANO
SIBI · OBLATVM · CONSTANTISSIME · RECVSAVIT
ABVNDIVS · REZZONICVS · SEN · VRB · VEXILLAR · ECCLES ·
ANNO · M · DCC · LXXXXIII ·
TANTAM · MODESTIAE · OPTIMI · PRINCIPIS
ET GRATAE · CIVIVM · VOLVNTATIS · MEMORIAM
POSTERITATI · TRADENDAM · CVRAVIT

CCCCVII. (in agro Florent.)

VI · KAL · APR · AN · M · DCCIC ·
PIVS · VI · PONT · MAX ·
SACRI · PRINCIPATVS · ANNO · XXV ·
QVEM · DE · ECCLESIA · CATHOLICA · BENE · MERENTEM
IMMISSI · SATELLITES
VRBIS · COMPLEXV · AVVLSVM · REGNOQ · SPOLIATVM
POST · SENENSE · ET · FLORENTINVM · EXSILIVM
OBSIDEM · CHRISTIANI · NOMINIS · IN · GALLIAM · ABRIPIEBANT
DE · VIA · LANGVENS
IN · FVNDO · GERINIANO · PERNOCTAVIT
ACCOLISQVE · FREQVENTIBVS · BENE · PRECATVS
VIRTVTIS · CONSTANTIAEQVE · SVAE · EXEMPLVM
RELIQVIT

CCCCVIII. (Faventiae)

XVII · KAL · MAIAS · ANNO · M · DCCC · XIIII ·
QVO · DIE · PVLCRIOR · ALTER · FAVENTINIS · NVLLVS · ILLVXIT
PIVS · VII · PONTIFEX · MAXIMVS
QVVM · EX · HOSTIBVS · ECCLESIAE · TRIVMPHANS
POST · INSIGNIVM · INIVRIARVM · MOLEM · VIRTVTE · DEPVLSAM
IN · REGNVM · SVVM · AVGVSTAMQVE · SEDEM · REDIRET
CIVITATEM · VNIVERSAM · PARENTIS · PVBLICI · DIVTVRNO · DESIDERIO
AFFECTAM · FAVSTISSIMO · ADVENTV · SOLATVS
HVC · IN · PRIVATAM · ADFINIVM · GESSIORVM · DOMVM
PRIMITVS · MERIDIATVM · DIGRESSVS · EST
ATQVE · OMNES · ORDINES
ADMISSIONE · ADLOQVIOQVE · BEAVIT

CCCCVIIII. (in finib. Mantuanor.)

ANNO M · DCCC · XIIII ·
FAVSTO · FELICI
XVI · KAL · MAIAS
DATVM · DIVINITVS · RIZZINIAE · GENTI
VTI · IN · PRAETORIVM · EIVS
LEGATI · MILITARES · EX · AVSTRIA · GALLIA · BRITANNIA
CONVENIRENT
ACTVRI · DE · AETERNO · FOEDERE · SANCIVNDO
ARCIBVSQVE · FINITIMIS
IN · FRANCISCI · AVG · DITIONEM · POTESTATEMQVE
AEQVO · IVRE · DEDENDIS
POST · QVAE · BELLVM · DETONVIT
TRANQVILLITAS · ITALIAE · PARTA
PAX · EVROPAE · CONSEQVVTA · EST

CCCCX. (Laureti)

QVOD · BONVM · FAVSTVM · FELIXQVE · SIT
DECRETO · D · N · PII · VII · PONT · MAX ·
KAL · AVG · ANNO · M · DCCC · XIIII ·
REVIXIMVS
ET · M · TIBERI · PRAESIDIS · AVCTORITATE
PER · V · C · BORGHIVM · ARCHIDIAC ·
AVITA · CIVIVM · IVRA · RECEPTA
TRANQVILLITAS · PATRIAE · REDDITA

CCCCXI. (Ravennae)

ANNO · M · DCCC · XIIII · FAVSTO · FELICI
XVI · KAL · MAIAS
ADVENTVS · PII · VII · PONT · MAX · E · GALLIA · REDVCIS · ET DIVTVRNVM · ITALIAE · DESIDERIVM · EXPLENTIS · QVEM RAVENNATES · SECVNDVM · VOTA · ARCHIEP · SVI ANTONI · CODRONCHI · REI · PVB · CAVSSA · ABSENTIS EFFVSI · VNDIQVE · PROGRESSIQVE · OBVIAM · INSIGNEM VIRTVTE · ANIMI · TRIVMPHVM · EX · HOSTE · ECCLESIAE DEPORTANTEM · OMNIBVS · LAETITIIS · ACCEPERE DEDVCTVMQ · AB · AMPLISSIMO · ORDINE · IN · TEMPLVM MAXIMVM · ET · SACRO · IBIDEM · PRO · SALVTE · CIVIVM PERACTO · INDE · PACEM · SIBI · EX · AEDIVM · PVBLICARVM MAENIANO · A · DEO · EXORATO · IMPARTIENTEM · SVSPEXERVNT
XII · KAL · EASDEM
PROFECTIO · OPTIMI · PRINCIPIS · ROMAM · VERSVS AVITVMQVE · REGNVM · QVO · DIE · DIGRESSVS · IN BASILICAM · PROXIMAM · CLASSENSEM · AD · SEPVLCRVM HIEROMARTYRIS · APOLLINARIS · SVPPLICATVM · VENIT VETEREM · PONTIFICVM · MAXIMORVM · PIETATEM AEMVLATVS · QVOTQVOT · IBIDEM · SANCTISSIMVM ANTISTITEM · ET · PARENTEM · NOSTRVM · VENERATI · SVNT

CCCCXII· (in agro Florent·)

$\overline{XVII}$ · KAL · FEBR · AN · $\overline{M}$ · $\overline{DCCIC}$ ·
REX · KAROLVS
REGIS · VICTORI · F · ALLOBROGICVS
SEDIBVS · SVIS · ALPINISQVE · FINIBVS · EXTORRIS
QVVM · MAGNI · IN · ADVERSIS · ANIMI · EXEMPLAR
AETATI · NOSTRAE · ATQVE · POSTERIS
AB · HOSTE · IN · SARDINIAM · IVSSVS · TRANSMITTERE
REGIA · DOMO · PROSEQVENTE
AD · ETRVRIAE · LITVS · DESCENDERET
VILLAE · GERINIAE · HOSPES
SVCCESSIT

CCCCXIII· (in finib· Mutinensium)

ANNO · $\overline{M}$ · $\overline{DCC}$ · $\overline{LXXXVII}$ ·
A · CVRIA · CONDITA · $\overline{CL}$ ·
TIBVRTIVS · CORTESIVS
PONT · MVTIN ·
SECVNDVM · VOTA
VICANORVM · TALIOLENSIVM
PRIMVS
ALPES · EMENSVS
TEMPLVM · PAROECIAE · SVAE
PRO · POTESTATE
PRAESENS · INVISIT
POPVLVM · VNIVERSVM
ADVENTV
ADLOQVIIS · OPE
BEAVIT
IOAN · BAPTISTA · SERAFINIO
PRESB · RECTORE

CCCCXIIII. (Brixiae ad Praetorium)

QVOD · ORDINI · POPVLOQVE
FAVSTVM · FELIXQVE · SIT
XI · KAL · MAIAS · ANNO · M · DCCIC ·
IVSSV · AVSPICIOQVE
D · N · IMP · CAES · FRANCISCI · LEOP · AVG · F · AVG ·
OPTIMI · ATQVE · INDVLGENTISSIMI · PRINCIPIS
PER · VICTOREM · EXERCITVM · EIVS
GALLIS · VRBE · DEPVLSIS · ET · TYRANNIDE · IMPROBORVM · DELETA
PAX · CIVITATI · ET · SECVRITAS · PARTA
LIBERTAS · REDVCTA · RELIGIO · SERVATA · EST
LECTISSIMIS · CIVIBVS
SECVNDVM · BONORVM · VOTA · RECEPTIS

CCCCXV. (Mediolani)

ANNO · M · D · XXIIII · MENSE · NOVEMBRI
HIERON · THEODORVS · IIII · TRIVVLTIVS · QVVM · HEIC · ADVERSVS
FOEDERATOS · SFORTIANOS · PRO · REGE · GALLIAE · FRANCISCO · I ·
ALAE · EQVITVM · EIVS · PRAEESSET · IRRVPTIONE · NOCTV
A · VASTIO · HOSTIVM · DVCE · IN · OPPIDVM · FACTA · VIR · FORTIS
PVGNAVIT · OBSTITIT · DONICVM · GRAVI · VVLNERE · CONFOSSVS
ET · LAVDEM · POMPEIAM · ABDVCTVS · INTERIIT
HVIC · TVNC · PAREBANT · DOMBENSES · TARANTASIENSES
LOCATIENSES · PONTEMVRANI · MELTIENSES · GORGONZOLENSES
CODOGNIENSES · CASVLANI · TRIVVLTIANI · IPSE · INTER · EQVITES
GEORGIANOS · AVRATOS · CONSTANTINEANOS · ET · MICHAELIANOS
ADLECTVS · FVERAT · ET · IN · SENATVM · REGIS · COOPTATVS
PATER · EI · FVIT · IOANNES · FIRMVS · I · SVMMVS
SCRIBA · PRINCIPIS · SENATOR · IDEM · ET · EQVES
AVRATVS · CONSTANTINEANVS
HIERON · THEODORVS · XX · TRIVVLTIVS
ΜΝΗΜΗΣ · ΧΑΡΙΝ

CCCCXVI. (Mediolani)

CATHARINE · GONZAGA · FILIA · ALFONSI · PRINCIPIS · MANTVANI
DEMARCHII · CASTRI · GIVFFREDIANI · HEIC · AB · AN · M · DC · V · VIDVITATEM
CAEPIT · SVAM · VNIVIRA · NEC · NVPTIAS · SECVNDAS · CVRA
VRBINATE · PRINCIPE · A · MANTVANIS · SVIS · OBLATAS · DIGNATA · EST
VIRI · SVI · KAROLI · EMMANVELIS · THEODORI · VII · MEMORIAM
HONORANS · QVI · BELGICVS · DICTVS · EST · IMPERAVITQVE
DOMBENSIBVS · TARANTASIENSIBVS · LOCATIENSIBVS · VENZEGALLIENSIBVS
PONTEMVRANIS · MELTIENSIBVS · GORGONZOLENSIBVS · CODOGNIENSIBVS
CASVLANIS · CASTROZEVIANIS · TRIVVLTIANIS · DETEGNENSIBVS
PROCER · HISPANIENSIS · PRIMI · ORDINIS · EQVES
IACOBIANVS · IDEM · AVREO · VELLERE · EXORNATVS
CAMPI · DOCTOR · A · CONSILIIS · BELLICIS · PRAEFECTVS · ALIMENTARIVS · ALARVM
REGIS · CATHOLICI · PER · BELGIVM · DVX · EQVITVM · LEVIS · ARMATVRAE
HIERON · THEODORVS · XX · TRIVVLTIVS
MNHMHΣ · XAPIN

CCCCXVII. (Bassani apud Remondinos)

HEIC · TVSCVS · BARTOLOTIVS · OCELLVS · BRITANNIAE
HEIC · CIVIS · VOLPATVS · DELICIAE · VRBIS
TIROCINIO · ARTIS · IN · OFFICINA · REMONDINIANA · POSITO
AERA · PVERI · CAESIM · PVNCTIMQVE · CAELARE
INSTITVERVNT
QVORVM · IAM · OPERA · REGIIS · IMPRESSA · CHARTIS
VT · IMAGINES · REDDIDERE
MIRACVLO · ORBI · SVNT

CCCCXVII· (Mediolani)

MAVRITIVS · CARDINALIS · ET · FRATER · EIVS · THOMAS
REGALES · PRINCIPES · SERENISS · DOMVS · SABAVDICAE
MAGNIFICO · HOSPITIO · HEIC · ACCEPTI · AN · M · DC · XXXVIIII ·
AB · IOANNE · IACOBO · THEODORO · X · CARDINALI · PRINCIPE
SACRI · IMPERI · ROM · DOMINO · MVSOR · I · VALLIS · MESOLINAE
MELTIENSIVM · GORGONZOLENSIVM · CASTRIZEVI · CASTRI
LEONIS · MALEI · PICIGHITONIS · CODOGNI · VENZEGALLI
PROCERE · HISPANIENSI · PRIMI · ORDINIS · EQVITE · IACOBIANO
EQVITE · AVREI · VELLERIS · INSIGNIBVS · EXORNATO
CVRATORE · REGIO · DITENIS · CASTERIANENSIS · ARAGONIAE
SICILIAE · SARDINIAE · VICE · SACRA · IMPERANTE
ITEM · CAESARIS · AVG · A · NEGOTIIS · PVBLICIS · PER · ITALIAM
REGNORVM · HISPANICORVM · IN · VRBE · PATRONO
ORATORE · REGIS · CATHOLICI · APVD · PONT · MAX ·
PRAEFECTO · MEDIOLANENSIVM · DVCE · SVMMO · EXERCITVVM
HISPANIENSIVM · IN · ITALIA · QVOS · TVRMIS · DVABVS · SVIS
AVXIT

HIER · THEODORVS · XX · TRIVVLTIVS
MNHMHΣ · XAPIN

CCCCXVIII· (Tirani in Alpibus)

BONVM . FACTVM
ANNO · M · DCCC · XV ·

IMP · CAESARE · FRANCISCO · LEOPOLDI · AVG · F · P · F · AVG ·
VINDOBONAE · IN · CONVENTV · FOEDERATORVM · EVROPAE · PRINCIPVM
LEGATIONE · PVBLICA · FVNGENTE · V · C · DIDACO · GVICCIARDO · COMITE
CVM · V · R · HIERONYMO · STAMPA · POST · ANNOS · TRECENTOS · SECVNDVM
VOTA · POPVLORVM · PROVINCIIS · TELLINENSIVM · TRIBVS
DATVM · OMNIBVS · SVFFRAGIIS · ADTRIBVTVMQVE · EST · VTI · ITALIAE
REGNVM · AVCTVRAE · PERPETVO · AVITAE · INSVBRIAE · FINIBVSQVE
VENETIS · RECENSERENTVR
VTIQVE · TANTI · BENEFICII · MEMORIA · MONVMENTIS · LITTERARVM · IN
LAPIDE · INSCVLPTIS · SANCTA · ATQVE · SACRATA · POSTERITATI · TRADERETVR

§. II.

INSCRIPTIONES OPERVM PVBLICORVM

CCCCXX. (Claris)

ANNO · M · DCCC · XIIII · VII · EIDVS · SEXTILES
SOCIETAS · IESV
POST · CLADES · ET · FVNERA · EX · ARCTO · REDVX
ITALIAE · ATQVE · ORBI
CHORO · CAELESTIVM · PLAVDENTE
REDONATA · EST · BENEFICIO · IMMORTALI
PII · VII · PONTIFICIS · MAXIMI
PARENTIS · PVBLICI
VTI · MAIORVM · BENEFACTA · PARI · VIRTVTE · REDDAT
CHRISTIANO · NOMINE · PROPAGATO
RELIGIONE · POPVLORVM · AVCTA
IVVENTVTE · AD · PIETATEM · REDVCTA
STVDIIS · DOCTRINARVM · REVOCATIS
HOSTIBVS · ECCLESIAE · DEVICTIS

CCCCXXI. (Brixiae)

PRIDIE · IDVS · MART ·
ANNI · M · DCCC · XVI · FAVSTI · FELICIS
ADVENTVS
D · N · IMP · CAES · FRANCISCI · LEOP · AVG · F · AVG ·
REGNVM · ITALICVM · PACATA · EVROPA · AVSPICANTIS
CVI · ORDO · ET · POPVLVS · BRIXIANVS · ADCLAMAVIT
SALVE · O · SALVS · ET · PRAESIDIVM · PATRIAE

CCCCXXII. (in agro Romano)

PIVS · VI · PONT · MAX ·
FORMAM · AQVAE · PAVLLAE · SCATEBRIS · DILABENTIBVS · DECRESCENTEM
PER · IOSEPHVM · VAIVM · CVRAT · AQVAR · ET · RIPAR · TIB ·
A · CAPITE · AD · MILLIARIVM · XX · FONTIBVS · CORRIVATIS · RESTITVI
CASTELLVM · AQVAE · SABATINAE · AGGESTV · ARENAE · COARCTATVM
MOLE · INTRA · LACVM · OPPOSITA · MVNIRI · IVSSIT

CCCCXXIII. (Centumcellis)

PIVS · VI · PONT · MAX ·
MOLEM · TRAIANAM · IRRVENTIBVS · AB · AVSTRO · FLVCTIBVS · OPPOSITAM
QVAE · NEC · CONDITORIS · MVNIMENTO · TVTA
NEC · ITERATIS · AEVI · POSTERIORIS · INSTRVCTIONIBVS · FIRMATA · DILABEBATVR
INGENTIVM · SCOPVLI · INSTAR · SAXORVM · IACTV · PROTECTAM
ANNO · M · DCC · LXXXX ·
PER · FABRICIVM · RVFVM · PRAEF · AERAR · ET · OR · MARIT ·
AB · INTERITV · VINDICABAT

CCCCXXIIII. (Narniae)

HONORI · D · N · PII · VI · PONT · MAX · RESTITVTORIS · FELICIVM · SAECVLORVM
ORDO · ET · POPVLVS · NARNIENSIVM
EX · AVCTORITATE · PHILIPPI · CARANDINI . CARD · PRAEF · SACRI · CONSILI · SVMPT · MINVEND ·
INSTANTIAQVE · FABRICI · SCEBERAS · TESTAFERRATAE · PRAEF · I · D ·
ITER · IN · CLIVO · NOVVM · A · PROVIDENTISSIMO · PRINCIPE · DEMONSTRATVM
VIA · VETERI · RELICTA
QVAE · COMMEANTES · PRAERVPTO · DORSO · ASPERA · DETERREBAT
PER · EXCISAS · RVPES · SVSPENSASQVE · ARCVBVS · MOLES · APERIENDVM · CVRAVIT

CCCCXXV. (Iguvii)

PIVS · VI · PONT · MAX ·
ANNO · M · DCC · LXXXVIIII ·
MATRIBVS · E · PLEBE · IGVVINA · VRBIS · ET · AGRI · ADLEVANDIS
DOMVM · PVELLAREM · CVM · OFFICINIS · OPERIS · LANARI · ET · LINTEARI
QVAM · DE · NOMINE · SVO · PERFVGIVM · PIVM · APPELLARI · PASSVS · EST
ANNVIS · FVNDORVM · PROVENTIBVS · ADTRIBVTIS · DITATAM
MVNIFICENTIA · SVA · CONSTITVENDAM · CVRAVIT

CCCCXXVI. (Romae)

PIVS · VI · PONT · MAX ·
SIGNIS · ET · BASIBVS
QVAE · XYSTVS · V · AEQVATA · IN · FRONTEM
CONSTITVERAT
FAVSTA · MOLITIONE
ET · OPERE · INTACTO · IN · LATERA · AVERSIS
OBELISCVM · C · CAESARIS · AVGVSTI
GEMINVM · EIVS · QVI · IN · EXQVILIIS · STAT
E · MAVSOLEI · RVDERIBVS · TRANSLATVM
AREAE · QVIRINALI · EXORNANDAE
INTERMEDIVM · STATVI
LACVM · ET · SALIENTES · RESTITVI · IVSSIT

XII · KAL · OCT ·
ANNO
M · DCC · LXXXVI ·

ANNO · XII ·
SACRI · PRINCIPATVS
EIVS

CCCCXXVII.

SALVE
OPTIME · PRINCEPS
SALVE
PARENS · POPVLI · ROMANI
VOTISQ · VIVE · NOSTRIS
VIVE · VRBI · TVAE
VIVE
ORBI · CHRISTIANO
CVI · TE · DEVS
MAXIMVM · RECTOREM
DEDIT

IOANNE · ANTINORIO · CAMERTE · ARCHIT ·

CCCCXXVIII. (ad Narniam)

PIVS · VI · PONT · MAX ·
ANNO · M · DCC · LXXXX ·
VIAM · FLAMINIAM · QVA · IN · NAREM · DEVEXA
AD · COLONIAM · NARNIENSEM · DVCIT
MVLTIS · COMMEANTIVM · PERICVLIS · FVNESTAM
MOLLITO · CLIVO · LAXARI
ET · MACERIA · PERPETVA · MVNIRI · IVSSIT

CCCCXXVIIII. (Romae)

PIVS · VI · PONT · MAX ·
OBELISCVM · SALLVSTIANVM
QVEM · PROLAPSIONE · DIFFRACTVM
SVPERIOR · AETAS
IACENTEM · RELIQVERAT
COLLI · HORTVLORVM
IN · SVBSIDENTIVM · VIARVM
PROSPECTV · IMPOSITVM
TROPAEO · CRVCIS · PRAEFIXO
TRINITATI · AVGVSTAE
DEDICAVIT

SACRI
PRINCIPATVS
EIVS
ANNO · XV ·

III · EID · APR ·
ANNO
M · DCC ·
LXXXVIIII ·

CCCCXXX. (in agro Centumcell.)

PIVS · VI · PONT · MAX ·
VI · KAL · AVG · AN · M · DCC · LXXXV ·
AGRVM · PVBLICVM · IMPENSA · SVA · COEMPTVM
AD · INDVSTRIAM · ALVMINARIORVM · LIBERALITATE · ACVENDAM
PER · FABRICIVM · RVFVM · V · C · PRAEF · ORAE · MARIT ·
IN · FAMILIAS · AD · CVLTVRAM · DIVISVM
INDIGENIS · CONVENISQVE · IVRE · EMPHYTEVTICO
IN · PERPETVVM · ADTRIBVI · IVSSIT

CCCCXXXI. (Romae)

PIVS · VI · PONTIFEX · MAXIMVS
ANNO · M · DCC · LXXXVIII ·
PVERIS · AD · MYSTERIA · EVCHARISTICA
EX · RELIGIONIS · DISCIPLINA · ERVDIENDIS
ADVLTIS · ITEM · POTIORIS · VITAE · STVDIO
PER · STATOS · DIES · SECEDENTIBVS
AD · VIRTVTEM · CONFIRMANDIS · ERIGENDISVE
DIAETAM · GEMINAM
CVM · SACRARIIS · CONTINENTIBVS
IN · ASCETERIVM · ADDIXIT

CCCCXXXII. (in agro Centumcell.)

PIVS · VI · PONT · MAX ·
ANNO · M · DCC · LXXXXI ·
AEDIBVS · PER · FABRICIVM · RVFVM · V · C · PRAEF · AER ·
IN · ALVMINARIORVM · COMMODA · INSTRVCTIS
AGRVM · CVLTORIBVS · REDDITVM
A · SOLITVDINE · VINDICAVIT

CCCCXXXIII. (Romae)

PIVS · VI · PONT · MAX ·
OBELISCVM
REGIS · SESOSTRIDIS
A · C · CAESARE · AVGVSTO
HORARVM · INDICEM
IN · CAMPO · STATVTVM
QVEM · IGNIS · VI
ET · TEMPORVM · VETVSTATE
CORRVPTVM
BENEDICTVS · XIIII · P · M ·
EX · AGGESTA · HVMO · AMOLITVS
RELIQVERAT
SQVALORE · DETERSO
CVLTVQVE · ADDITO
VRBI · CAELOQVE · RESTITVIT

CCCCXXXIIII. (ibid.)

PIVS · VI · PONTIFEX · MAXIMVS
ANNO · M · DCC · LXXXVII ·
OFFICINAS · MVSIVARIORVM · QVAE · SOLO · HVMENTE · ET · LOCO · MINVS · ILLVSTRI
INCOMMODAE · SVBSIDEBANT
ARTI · AD · SVMMAM · VETERVM · GLORIAM · CONTENDENTI
FOVENDAE · ATQVE · HONESTANDAE
AVCTIS · OPERIBVS · NOVAS · CAELO · LIBERIORE · EXSTRVENDAS · CVRAVIT

CCCCXXXV. (Romae)

PROVIDENTIA
D · N · PII · VI · PONT · MAX ·
DVCTVS · AQVAE · VIRGINIS
SVPERIORVM · TEMPORVM
NEGLIGENTIA · CORRVPTVS
ANNO · M · DCC · LXXXVIII ·
PER · IOSEPHVM · VAIVM
CVR · AQVAR · ET · RIP · TIB ·
RESTITVTVS · EST
RETROVERSVS
PEDES · CLXXV ·

CCCCXXXVI. (Meldulae)

PIVS · VI · PONT · MAX ·
ANNO · M · DCC · LXXXVIIII ·
PLEBI · EXERCENDAE · INGENIISQ · INDVSTRIA · ALENDIS
OFFICINAM · TEXTILIVM · SERICI · ET · CAPRVGINEI · STAMINIS
PECVNIA · PVBLICA · INSTITVENDAM · CVRAVIT

CCCCXXXVII. (Romae)

PIVS · VI · PONT · MAX ·
ANNO · M · DCC · LXXXXI ·
SINISTRVM · TIBERIS · ALVEVM
ARIS · IN · MEDIO · EXTANTIBVS
IN · DIVERSA · PROLATVM
ET · ONERARIIS · NAVIBVS · MALE · TVTVM
RVDERIBVS · EGESTIS
ET · RIPAE · LATERE
AD · INCOLENDVM · AVCTO
PER · FABRICIVM · RVFVM · V · C · PRAEF · AER ·
INTRA · AGGERES
COERCENDVM
DEDVCENDVMQVE
CVRAVIT

CCCCXXXVIII. (sub Tibure)

HONORI
D · N · PII · VI · PONTIFICIS · MAXIMI
SVBLAQVEVM · RELIGIONIS · PIETATISQVE
CAVSSA · PROFICISCENTIS
ORDO · ET · POPVLVS · TIBVRTIVM
ANNO · M · DCC · LXXXVIIII ·
VIAM · BRASCHIAM · A · MONVMENTO · PLAVTIORVM
PER · AGRVM · LEONINVM · AB · INCOHATO · DEDVCTAM
LIMITIBVS · PROLATIS · CLIVOQ · MARCIANO · SVBACTO
AD · VRBEM · VSQVE
SVA · IMPENSA · MVNIVIT
KAROLO · ZARABINIO · V · C · PRAEF · I · D ·
CVRATORIBVS
STANISLAO · BOSCHIO · COM ·
MARCO · COCCANARIO
IGNATIO · CAPPVCCINIO

CCCCXXXVIIII. (ibidem)

ORDO · ET · POPVLVS · TIBVRTIVM
STVDIIS · PRISCARVM · ARTIVM
D · N · PII · VI · MVNIFICENTIA · RENATIS
COMMODO · ADVENARVM
IN · HADRIANI · AVG · VILLAM
ADMIRATIONE · VETVSTATIS · DIVERTENTIVM
SEMITAM
INSTABILI · SOLO · INAEQVALEM
QVAE · ACCESSVM · ANFRACTIBVS · RETARDABAT
ANNO · M · DCC · LXXXVIIII ·
ADITV · EX · VIA · BRASCHIA · DEXTRORSVM
RECTA · REGIONE · PATEFACTO
PECVNIA · PVBLICA
SVBSTRVENDAM · LAXANDAMQVE
CVRAVIT

CCCCXXXX. (Laureti)

ANNO · M · DCC · LXXXVIIII ·
QVAE · SEMITA · ERAT
SOLO · INAEQVALI · INCOMMODA
COMMEANTIBVS
CVRA · INSTANTIAQVE
ALOISII · GAZOLI · PRAEF · LAVRET ·
OPERIBVS · AMPLIATIS
VIA · REDDITA · ET · IN · PLANITIEM
REDACTA · EST

CCCCXXXXI. (via Appia)

EX · AVCTORITATE
PII · VI · PONT · MAX ·
APPIAE · TRACTVS
AD · PISSINARIAM
QVEM · AQVAE
STAGNANTES
INTERRVPERANT
PONTIBVS · IVNCTVS
AGGERIBVS · MVNITVS
ANNO
M · DCC · LXXXV ·
CVRATORE
FRANCISCO · MANTICA
PRAEF · VIAR ·

CCCCXXXXII. (Sublaquei)

PIVS · VI · PONT · MAX ·
OFFICINAS · AERARIAS
INCVRIA · TEMPORVM · INTERMISSAS
COMPARATO · SOLO
AEDIBVSQVE · AD · OPIFICIVM · INSTRVCTIS
PER · IOSEPHVM · CATANIVM · CVR · OPER · PVBL ·
SVA · IMPENSA · RESTITVIT

CCCCXXXXIII. (Fabriani)

PROVIDENTIA
D · N · PII · VI · PONT · MAX ·
ANNO · M · DCC · LXXXIIII ·
GYNAECEVM · PVELLIS · A · PVPILLATV · TVTANDIS
ET · LANARIO · AC · LINTEARIO · OPERE · EXERCENDIS
VECTIGALI · ADTRIBVTO · CONSTITVTVM
VALETVDINARIA · POST · VETERES · AEDES · TVRRIS
RVINA · PROSTRATAS · IDONEO · LOCO · IN · AEGRORVM
SOLATIVM · PARATA
DOMVS · PROLI · INCERTORVM · PATRVM · TOLLENDAE
PROVENTIBVS · AVCTIS · LEGIBVS · EMENDATIS
CVRATORIBVS · DICTIS · RESTITVTA
LVDVS · PVBLICVS · AD · PVELLAS · INSTITVENDAS
APERTVS · ET · MAGISTRAE · PIETATIS · DEMENSO
ADSIGNATO · PRAEPOSITAE
LANIFICIVM · ET · ARS · CALIGARIA · AD · PLEBEM
MANIPRETIO · SVSTENTANDAM · EROGATIS · E
FISCO · SVMPTIBVS · REVOCATA
CVRA · AGENTE · IOSEPHO · VINCIO · V · C ·
PRIORE · XII · VIRO · VRBI · CVRANDAE

CCCCXXXXIIII. (Centumcellis)

PIVS · VI · PONT · MAX ·
ANNO · M · DCC · LXXXVIII ·
LYCEVM · ET · DOMVM · CLERICORVM
DOCTRINAE · CHRISTIANAE · TRADENDAE
QVAE · INCENDI · VIS · ABSVMPSERAT
INTRA · ANNVM · MVNIFICENTIA · SVA
PER · FABRICIVM · RVFVM · V · C · PRAEF · AERARI
IN · AMPLIOREM · FORMAM · RESTITVENDA · CVRAVIT

CCCCXXXXV. (Sublaquei)

PIVS · $\overline{\text{VI}}$ · PONT · MAX ·
OPFICINAS · CHARTARIAS · COEMPTIONE · RECEPTAS
PER · IOSEPHVM · CATANIVM · CVR · OPER · PVBL ·
AMPLIATO · SOLO
DVPLICATOQVE · INSTRVMENTO · AVCTAS
SVA · IMPENSA · PERFECIT

CCCCXXXXVI. (in finib. Volsin.)

PROVIDENTIA
D · N · PII · $\overline{\text{VI}}$ · PONT · MAX ·
ERGA · CAPITEMONTANOS
ANNO · $\overline{\text{M}}$ · $\overline{\text{DCC}}$ · $\overline{\text{LXXXVII}}$ ·
AEDIBVS · HOSPITALIBVS
PER · FABRICIVM · RVFVM · V · C · PRAEF · AER ·
A · SOLO · CONDITIS
VALETVDINARIA · AEGRAE · PLEBI · CVRANDAE
CONSTITVTA

CCCCXXXXVII. (Romae)

INDVLGENTIA
D · N · PII · $\overline{\text{VI}}$ · PONT · MAX ·
ERGA · PVELLAS · EVPHEMIANAS
QVAE · NOVVM · VETERIS · CVRAE · DOCVMENTVM · ESSET
STVDIO · INSTANTIAQVE
V · E · KAROLI · REZZONICI · CARD · PATRONI
ADIECTVM · ADTRIBVTVMQVE · EST · VTI · A · KAL · IAN ·
ANNI · $\overline{\text{M}}$ · $\overline{\text{DCC}}$ · $\overline{\text{LXXXXV}}$ ·
QVAE · PECVNIA · AVCTO · EX · INSVBRIA
OB · MVTINENSE · ITER · IN · ETRVRIAM · AVERSVM
TABELLARIORVM · NOSTRORVM · PROVENTV
DIARIIS · IMPENSISQVE · PVBLICIS · SVPERAVERIT
EA · IN · DOMVS · PIENTISSIMAE · SVBSIDIVM
QVOTANNIS · CEDAT

CCCCXXXXVIII. (in agro Mesulano)

PIVS · VI · PONTIFEX · MAXIMVS
ANNO · M · DCC · LXXXV ·
AGRVM · MESVLANVM . ET · PALVDEM · VOLANAM
QVAEQVE · CVM · HIS · CENSEBANTVR
PRETIO · COMPARATA · IN · FISCVM
REDEGIT

CCCCXXXXVIIII. (ibidem)

PIVS · VI · PONTIFEX · MAXIMVS
ANNO · M · DCC · LXXXVII ·
STIPENDIIS · CVRIONI · PRESBYTERO
ET · ADIVTORIBVS · BINIS
EX · AGRI · PVBLICI · PROVENTV · ADTRIBVTIS
PAROECIAM
INCOLIS · MESVLANIS · PROPRIAM
AD · ANIMOS · RELIGIONE · EXCOLENDOS
CONSTITVENDAM · CVRAVIT

CCCCL. (Guarceni in Campania)

D · N · PIO · VI · PONTIFICE · MAXIMO
ORDO · ET · POPVLVS · GVARCENIENSIVM
EX · AVCTORITATE · V · E · PHILIPPI · CARANDINI · CARD ·
PRAEF · SACRI · CONSILI · PVBL · SVMPT · MINVEND ·
ATQVE · INSTANTIA · FRANC · MARIAE · CACHERANI · BRICHERASI · PRAES · PROV ·
AQVAM · GVARCENIAM · SALVBERRIMI · HAVSTVS
PROCVL · INCVRIA · DILABENTEM
IMPENSA · SVA · PER · SILVESTRVM · DONATIVM · ARCHIT ·
A · CAPITE · IN · OPPIDVM · ADDVCTAM
SALIENTIBVS · VICATIM · ADDITIS · IN · PVBLICA · COMMODA · DERIVAVIT

CCCCLI. (Romae)

PIO · VI · PONTIFICE · MAXIMO
FRANC · XAVERIVS · ZELADA · PRESB · CARD ·
III · VIR · COLL · ROM · MODER ·
ANNO · M · DCC · LXXXVII ·
STVDIIS · ASTRONOMIAE · REVOCATIS
INSTRVMENTOQVE · IN · LECTAE · IVVENTVTIS
COMMODA · ADDICTO
TVRRIM · AD · CAELESTES · ORBES · E · SPECVLA
CONTEMPLANDOS
DIV · IN · VRBE · DESIDERATAM
IN · ALTITVDINEM · PEDVM · CC ·
EDVCENDAM · CVRAVIT

CCCCLII. (ibid.)

TVRRIS · ASTRORVM · SPECVLATRIX
GREGORIO · XIII · P · M · AVCTORE · CONDITA
ET · KALENDARI · ORDINATIONE
MAGNORVMQVE · ASTRONOMORVM · LABORIBVS
COMMENDATA
QVAM · PIVS · VI · RESTITVI · IVSSIT
PIO · VII · FAVTORE · ATQVE · AVSPICE
PER · PHIL · ALOISIVM · GILIVM · CVRATOREM
INSTRVMENTO · AVCTA
ET · CIVIBVS · HOSPITIBVSQVE · APERTA · EST

CCCCLIII. (Spoleti)

FRANCISCVS · CARRARA · PRESB · CARD ·
PATRONVS · DATVS
A · D · N · PIO · VI · PONT · MAX ·
OFFICINAM · ET · DIAETAM · DORMITORIAM
PVELLIS · INCERTORVM · PATRVM · TVTANDIS
OPERAQVE · EXERCENDIS
PER · LAVRENTIVM · ALBERINIVM · EQ · STEPH · CVRAT ·
ANNO · M · DCC · LXXXVIII · A · SOLO · FECIT

CCCCLIIII. (Velitris)

IVSSV · D · N · PII · VI · PONT · MAX · AQVA' · ADDVCTA' · ET · MVTATIONE · CONSTITVTA'
MANSIO · COMMEANTIBVS · APERTA · EST · KAL · NOVEMBR · AN · M · DCC · LXXXVII ·

CCCCLV. (Vindobonae)

IMP · CAES · IOSEPHVS · P · F · AVG ·
ANNO · M · DCC · LXXXVI ·
COLLEGII · MEDICORVM · VINDOBONENSIVM
ADMONITV
SCHOLAM · ANATOMICAM · VETVSTATE · SQVALENTEM
MVNIFICENTIA · SVA · RESTITVENDAM
CVRAVIT

CCCCLVI. (Arsuli)

CAMILLVS · ANGELI · F ·
MAXIMVS
DOMINVS · ARSVLITANOR ·
IN · LOCO
VBI · ANNO · M · DCC · LXXXVIIII ·
XV · KAL · IVN ·
ARCVS · STETIT
D · N · PIO · VI · PONT · MAX ·
OB · ITER · SVBLAQVEENSE
DICATVS
PILAM · E · MARMORE
AVSPICATISSIMI · ADVENTVS
INDICEM
CONSTITVENDAM
CVRAVIT

CCCCLVII· (Parisiis)

REX · LVDOVICVS · LVDOVICI · REGIS · DESTINATI · FILIVS
REGIS · LVDOVICI · ADAMATI · NEPOS · PIVS · FELIX · AVGVSTVS
BASILICAM · IVDICIORVM
ARCEM · CIVIVM · AD · PRAESIDIVM · INNOCENTIAE · ET · IVSTITIAE
ATQVE · AD · SCELERVM · FRAVDVMQVE · POENAS · CONSTITVTAM
QVVM · VETVSTATE · DILABERETVR
MVNIFICENTIA · SVA · RESTITVENDAM · CVRAVIT

CCCCLVIII· (in agro Tarquiniensi)

EX · AVCTORITATE
IOSEPHI · HOR · F · ALBANI
PRAEF · ANNONAE · VRBIS
COLLEGIATI · CVRATORES · PROVINCIAE · FRVMENTARIAE
ANNI · M · DCC · LXXXII ·
RIVO · A · FONTE · AQVATIONIS · CAVSSA · DEDVCTO
LACVM · ET · SALIENTES · FAC · LOCAVERVNT
EIDEMQVE · PROBAVERE

CCCCLVIIII· (in agro Mutin·)

D · N · DVX · HERCVLES · III · PIVS · FELIX
PATER · PATRIAE
SOLVM · ET · DOMOS · QVAE · ANNO · M · DCC · LXXXVII ·
LABES · MONTIS · SVBSIDENTIS · DEVOLVERAT
AGRVMQVE · CIRCVM
QVEM · SCVLTENNA · PROLAPSIONIBVS · AEDIFICIORVM
COARCTATVS · OCCVPARAT
IMPENSA · SVA
MONTE · IN · PLANITIAM · REDACTO
AEDIBVS · AB · INCOHATO · RESTITVTIS
AQVIS · PER · NOVOS · ALVEOS · DERIVATIS
INTRA · ANNVM
VICANIS · GRVPPENSIBVS · REDDIDIT

CCCCLX· (Verulis)

HONORI
D · N · PII · $\overline{VI}$ · PONT · MAX ·
ORDO · ET · POPVLVS · VERVLANVS
EX · AVCTORITATE · ANTONI · CASALI · CARD ·
PRAEF · SACRI · CONSILI · PVBL · SVMPT · MINVEND ·
ATQVE · INSTANTIA · ANT · LAMBERTI · RVSCONI
ANTIST · VRB · PROC · PROV ·
PORTAM · ROMANAM · POMOERIO · AMPLIATO · PROLATAM
PER · THOMAM · PAOLINIVM · BERNARDINVM · COCCHIVM
FRANC · MARIAM · CAMPANARIVM
$\overline{III}$ · VIROS · OPERI · PERFICIVNDO
A · SOLO · RESTITVENDAM · CVRAVIT

CCCCLXI· (Helviae Ricinae)

PIO · $\overline{VI}$ · PONT · MAX ·
S · P · Q · R ·
PORTAM · BRASCHIAM
QVAE · MARINA
DICEBATVR
A · SOLO · RESTITVTAM
ET · E · GENTE
OPTIMI · PRINCIPIS
APPELLATAM
DEDICAVIT
ANNO · $\overline{M}$ · $\overline{DCC}$ · $\overline{LXXXII}$ ·
MONVMENTVM
LAETITIAE · PVBLICAE
OB · REDITVM · EIVS
E · GERMANIA
FAVSTVM · FELICEM

HIERON · FLAMINIVS
FRANC · MAZZAGALLVS · COM ·
HECTOR · LEOPARDVS · COM ·
$\overline{III}$ · VIRI
OPERI · PERFICIVNDO
IVSSV
CONSENSVQVE
SPLENDIDISSIMI
ORDINIS
ABSOLVTAM
ET · OMNI · CVLTV
EXORNATAM
PROBAVERVNT

CCCCLXII. (Romae)

PROVIDENTIA · ET · AVCTORITATE
D · N · PII · VI · PONT · MAX ·
QVAE · DOMVS · AVITA · FVERAT
GENTIS · NOBILIAE · VITELLESCHIAE
EA · FABRICIO · RVFO · V · C · PRAEF · AER ·
CVM · IVRE · AQVAE · PAVLLAE · DERIVANDAE
PRETIO · GEMMARVM · PERMVTATA
AD · MENSAM · PVBLICAM · PIETATIS
PERTINET
IN · VSVM · OPERIS · SERICI
ET · AD · PVELLARVM · EGENTIVM · TVTELAM

CCCCLXIII. (in Sabinis ad portam)

HONORI
ANDREAE · CORSINI · CARD ·
PONTIFICIS · SABINORVM
ORDO · ET · POPVLVS · ERET ·
PEC · PVB · RESTITVENDAM
CVRAVIT
ANNO · M · DCC · LXXXIIII ·

CCCCLXIIII. (Romae in postico aed. Roch.)

AVRIS · SALVBRIBVS
ET · CONFLVENTI · POPVLO
APERTA
ANNO · M · DCC · LXXXIII ·
IOANNE · MARIA · RIMINALDO · PRIMIC ·

CCCCLXV. (apud Aesinates)

ORDO · ET · POPVLVS · AESINATIVM
ANNO · M · DCC · LXXXXIII ·
THEATRVM · NOVVM · PRO · MVNICIPI · DIGNITATE
INTRA · POMOERIVM · EX · PEC · COLLATA · FECIT

(Iguvii)

CCCCLXVI.

VLDERICVS · CARPEGNA · EPISC · CARD ·
ANNO · M · DC · XXXIIII ·
PVELLIS · A · PVPILLATV · TVTANDIS
ALTRICEM · DOMVM
QVAE · IN · NOVAE · COMMODA
CESSIT
PRIMVS · POPVLO · IGVVINO · DEDIT

CCCCLXVII.

OCTAVIVS · ANGELELLIVS · EPISC ·
ANNO · M · DCC · LXXXVI ·
D · N · PIO · VI · PROVIDENTISS · PRINCIPE
IGVVINAE · PLEBI · EXORATO
PVELLIS · ORBITATE · AVT · INOPIA
LABORANTIBVS
RECEPTVM · IMPETRAVIT

CCCCLXVIII. (in agro Neapol.)

REX · FERDINANDVS
REGIS · KAROLI · CATHOLICI · F · REGIS · PHILIPPI · CATHOLICI · NEP · P · F · AVG ·
ANNO · M · DCC · LXXXVIIII ·
COLONIA · OPIFICVM · LEVCIANORVM · DEDVCTA
LEGIBVSQ · E · REP · DATIS · FIRMATA · ATQVE · AVCTA
OFFICINAS · PROMERCALIVM · VESTIVM · SERICI · OPERIS
ALENDAE · IN · REGNI · COMMODA · INDVSTRIAE
SVA · IMPENSA · CONSTITVIT

CCCCLXVIIII. (Claris)

VALETVDINARIVM · PVBLICVM · MILLINIANVM
AB · AN · M · DCC · XII · AEGROTANTI · PLEBI · APERTVM
PIORVM · CIVIVM · LEGATIS · OPITVLANTIBVS
AN · M · DCC · LXIII · AMPLIATO · SOLO
INSTAVRATVM · CONSTITVTVMQVE · EST

CCCCLXX. (ad Mellam in finib. Brix.)

VICANI · ACCOLAE
AVCTORE · HILARIO · BVRGVNDIO
VIAM · SVA · IMPENSA · REFICIVNDAM
PONTEM · LAXANDVM · RESTITVENDVMQ ·
CVRAVERVNT
ANNO · M · DCC · LXXXXII ·

CCCCLXXI. (in agro Tiburt.)

VICANI · MONTICELLENSES
ANNO · M · DCC · LXXXX ·
IVS · DEDVCENDI · PER · LEONARDVM · ANTONELLIVM
CARD · PATRONVM
A · M · ANTONIO · BVRGHESIO · DOMINO · INDVLGENTISS ·
ADEPTI
AQVAS · CAELESTES · IN · ARCE · COLLECTAS
IN · FONTEM · ET · CISTERNAS · PVBLICAS · SVA · IMPENSA
DERIVANDAS · CVRAVERVNT

CCCCLXXII. (in finib. Clarens.)

KAROLVS · FAGLIA · COMES
HIERONYMVS · CHIZZOLA
PAVLLVS · LEALIVS
PRAEF · FORMAE · ET
RIPAR · TVENDAR ·
ANNO · M · DCC · LXXXXI ·
DVCTVM · AQVAE · VETERIS · INSIGNE · MVNICIPVM · CLARENSIVM · OPVS
QVOD · NOCTVRNAE · ADLVVIONIS · IMPETVS · III · NON · AVG ·
IN · SVMMAM · OPIFICVM · BRIXIANORVM · PERNICIEM
AGGERE · ALVEOQVE · PERRVPTIS · DEXTRORSVS · ACTVM · DEVOLVERAT
RVDERIBVS · EGESTIS · FOSSA · LAPIDE · STRATA · MVRORVM · MOLE
AD · LATVS · OPPOSITA · INTRA · DIES · XV · RESTITVENDVM · CVRAVERVNT

CCCCLXXIII. (Claris)

COLLEGIVM · CANONICORVM
ANNO · M · DCC · LXXXXI ·
SACRARIVM · SANCTIVS · TEMPORVM · SVPERIORVM
NEGLIGENTIA · SQVALENS
IMPENSA · SVA · ET · EX · COLLATIONE · ORDINIS
CVLTV · ADDITO
AQVA · ADDVCTA · TRIBVNALI · ET · TABVLARIIS · CONDITIS
RESTITVENDVM · CVRAVIT

CCCCLXXIIII. (in finibus Brixian.)

SEBASTIANVS · PAVLLI · F
CROTTA
LEG · PROV ·
PRAETORIA · POTESTATE
VIAM · BRIXIANAM · A · FINIBVS
MEDIOLANENSIVM
AD · MVNIC · CLARENSE
QVAE · VETVSTATE · INTERCIDERAT
EX · S · C ·
PER · VINCENTIVM · VERDIVM · REDEMPT ·
OPERIBVS · AMPLIATIS
RESTITVENDAM · MVNIENDAMQ ·
CVRAVIT

CCCCLXXV. (Claris in agro)

VII · VIRI · VALETVDINARIO · PVBLICO · REGVNDO
ANNI · M · DCC · LXXXV ·
OB · ANNVOS · PROVENTVS · EIVS
IN · PLEBIS · COMMODA · AVGENDOS
FVNDVM · MILLINIANVM
SVPERIORVM · TEMPORVM · NEGLIGENTIA
DESERTVM
VILLA · RVSTICA · CONSTITVTA
COLONISQVE · DEDVCTIS
BIPARTITO · COLENDVM · CVRAVERVNT

CCCCLXXVI. (Thienis in agro Vicet.)

ANNO · M · DCCC · XIIII ·
MVNICIPES · ET · INCOLAE · THIENENSES
SALVBRES · SVMMANI · AQVAS
A · MILLIARIO · SEXTO · PER · ARDVOS · ANFRACTVS
INTRA · MENSEM · SEPTIMVM
IMPENSA · SVA · ADDVCENDAS · CVRAVERVNT

CCCCLXXVII. (apud Clodienses)

ANT · MARINO · PRIOLO
PRAETORE
CVIVS · AVCTORITATEM · SEQVVTVS
SENATVS
VECTIGAL · ET · DECIMAS · IN · ANNOS · X ·
MOLIBVS · ADVERSVS · VIM · AQVARVM · RESTITVENDIS
REMISIT
CLODIENSES · AN · M · DCC · LXXXXIIII ·
SVBSTRVCTIONE · INTRA · MENSEM · NONVM · ABSOLVTA
PONTEM · TEMPORVM · INCVRIA · NEGLECTVM
EX · PECVNIA · MVLTATITIA
LORICIS · EXHEDRISQVE · IMPOSITIS
ET · AREA · IN · INTROITVM · LAXATA
REFICIVNDVM · CVRAVERVNT

CCCCLXXVIII. (Brixiae)

CVRIA · NAZARIANA
TVRRIM · VETEREM
FASTIGIO · PRO · TEMPLI · DIGNITATE · SVBMISSAM
IMPENSA · SVA · IN · HANC · ALTITVDINEM
EDVXIT
AN · M · DCCC · XII ·

CCCCLXXVIIII. (Claris)

GYNAECEVM · MARIANVM
PVELLIS · E · PLEBE · CLARENSIBVS
A · PVPILLATV
INSTITVENDIS · TVTANDIS

CCCCLXXX. (in finib. Bergomat.)

VALETVDINARIVM · BELOTTIANVM
GRVMELLENSIBVS · MONTANIS · ET · TALIVNENSIBVS
APERTVM · AN · M · DCCC · XIII ·

CCCCLXXXI. (in agro Bergom.)

VALLENSES · MARTINIANI
ANNO · M · DCC · LXXXXII ·
SEMINARIVM · CELANENSE
A · KAROLO · BORROMEO · ARCHIEP · CONDITVM
QVOD · NOVA · FINIVM · DESIGNATIONE
IN · ALIENA · IVRA · TRAHEBATVR
AVCTORE · PETRO · PISAVRO · V · C ·
ALVMNIS · ECCLESIAE · CONTERRANEIS
EX · S · C · ADTRIBVTVM
RECEPERVNT

CCCCLXXXII. (Claris)

NEOCORI · ANNI · M · DCCC · XVIII ·
TEMPLI · SVPERIORIS · MAIESTATE
INGRATIS · AVORVM · MOLITIONIBVS
DEFORMATA
BASILICAM · AVGVSTAM
POTIORE · CONSILIO
AD · PRISCAM · DIGNITATEM
REVOCAVERVNT

CCCCLXXXIII. (ibid.)

NEOCORI · ANNI · M · DCCC · XVIII ·
ORGANA · VETERA
PRAECLARVM · ANTEGNATI · OPVS
PER · ALOISIVM · BIROLDVM
OPIFICEM · MAGNVM
IN · SEDEM · AMPLIOREM · RECEPTA
ET · CVLTV · SPLENDIDIORE · INSTAVRATA
RESTITVERVNT

CCCCLXXXIIII. (Fulginii)

PIVS · VII · PONTIFEX · MAXIMVS
ANNO · M · DCCC · XVIII ·
NE · VETVS · ASCETERIVM · NVSQVAM · ESSET
QVOD · RESIPISCENTIVM · ANIMORVM · PERFVGIO
BIS · QVOTANNIS · PER · OCTONOS · DIES · FVLGINATIBVS · PATEBAT
ET · A · CLEMENTE · XIIII · PONT · MAX · RESTITVTVM
INFAVSTA · TEMPORVM · NOVISSIMORVM · PERTVRBATIONE · PERIERAT
INSTANTIA · M · ANTONII · MOSCARDINI · PONTIFICIS
AEDEM · MARIANAM · CVM · CAMPESTRI · MONASTERIO · ADTRIBVI · IVSSIT
VTI · AD · RELIGIONIS · ET · PIETATIS · INCREMENTA
IVRE · PERPETVO · TRANSLATA · HABERENTVR

CCCCLXXXV. (Claris in agro)

HONORI
ALMAE · AEDIS · MARIANAE
QVAE · AD · CEPOTAPHIVM · EST
CIVIVM · STVDIO · CELEBRATAE
ET · OPIBVS · MVLTORVM · EXCVLTAE
CVRATORES · OPERVM · PVBLICORVM
LOCI · SANCTITATEM · REVERITI
ITER · INDE · RECTVM · LATVMQVE
AD · SVBVRBII · FINES · DEDVXERVNT
SEMITAM · VTRAMQVE · SILICE · STERNENDAM
OPVS · IPSVM · VIAM · SACRAM · APPELLANDVM
DECREVERVNT

CCCCLXXXVI. (Venetiis)

ANNO · M · DCCC · XVIII ·
LOCVS · DATVS
LITTERATIS · LAPIDIBVS
MONVMENTORVM · VETERVM · ADSERVANDIS
QVAE · AEDIVM · SACRARVM · MOLIBVS · DEIECTIS
AVT · TEMPORVM · INCVRIA · DILAPSIS
PVBLICA · AVCTORITAS · EXSTARE · VOLVIT

CCCCLXXXVII. (Claris)

TITVLI VIAE SVBVRBANAE CLARENSIS

III · VIRI · PRAEPOSITI · NEGOTIORVM · PVBLICORVM
AN · M · DCCC · XVII · EX · DECRETO · ORDINIS
VIAM · AVGVSTAM · STERNENDAM
PONTES · GEMINOS · IMPONENDOS · CVRAVERE

MODERATORES · RERVM · GERENDARVM
OPVS · EXPETITVM
EX · AVCTORITATE · PVBLICA · LVSTRAVERVNT
IIDEMQVE · COMPROBAVERE

CCCCLXXXVIII. (Brixiae)

VII · KAL · DEC · AN · M · DCCC · VII ·
EX · AVCTORITATE · VTRIVSQVE · CVRIAE
COLLEGIVM · PERONIANVM · BRIXIANAE · IVVENTVTI · INFORMANDAE
AEDIBVS · AMPLIORE · LOCO · APERTIS · RESTITVTVM
VV · CC · HIER · SILVIO · MARTINENGO
FRIDERICO · MARTINENGO — II · VIRIS · TVTELARIBVS
DOMINICO · CORBELLINIO
IOAN · BAPTISTA · PERONIO — CVRATORIBVS
IVL · ANTONIO · AVEROLDIO

CCCCLXXXVIIII. (Fulginii)

PIVS · VII · PONT · MAX ·
AD · INCREMENTA · OMNIVM · DISCIPLINARVM
LYCEVM · FVLGINATIBVS · APERTVM
INSTANTIA · M · ANTONI · MOSCARDINI · EPISCOPI
TEMPLO · AREA · HORTO · AEDIBVS · LOCATITIIS
QVAE · SODALES · AVGVSTINIANI · RELIQVERANT
DIPLOMATE · SACRO · ADTRIBVTIS
ANNO · M · DCCC · XV ·
IMMOBILI · IVRE · PERPETVISQVE · LEGIBVS
CONSTITVENDVM · CVRAVIT

CCCCLXXXX. (Vrbini)

BENIGNITATE · VRBINATIVM
ANNO · M · DCCC · XV ·
DOMICILIVM · NOVVM · SOCIETATI · IESV
APERTVM · EST
IVVENTVTI · INSTITVENDAE · TVTANDAE

PORTAE CLARENSES

CCCCLXXXXI.

CLARENSES · CIVES · INCOLAEQVE
FAVSTITATE · TEMPORVM · ADFVLGENTE
PORTAM · BRIXIANAM
AMOENIORE · CVLTV · EXORNATAM
MVNICIPIBVS · SVIS · DEDICAVERVNT

CCCCLXXXXII.

PORTA · ZEBETINA · RESTITVTA
HINC · HOSPITES · AD · CEPOTAPHIVM
AEDEMQVE · MAGNAE · MATRIS · SVBVRBANAM
INVITAT · DEDVCIT

CCCCLXXXXIII.

D · N · MARIAE · HOSPITAE
AVITO · RELIGIONIS · STVDIO · EXORATAE
PORTA · SEBASTIANEA
DVPLICATO · AVSPICIO · SACRA · ESTO

CCCCLXXXXIIII.

HONORI
IMP · FRANCISCI · P · F · AVG ·
ORDO · ET · POPVLVS · CLARENSIS
PORTAM · NOVAM · MEDIOLANENSEM
APERIENDAM · CVRAVERE

CCCCLXXXXV.

PORTA · MARENGA
ET · ITER · VSQVE · AD · PONTANOS · OLLIENSES
SVMPTV · PVBLICO
INSTAVRATA · REFECTA

§. III.

INSCRIPTIONES OPERVM PRIVATORVM

CCCCLXXXXVI. (in agro Mediol.)

KAROLVS · FRANC · F · ANGVISSOLA
ANNO · M · DCCC · IIII ·
AMOENI · SOLI · CAELIQVE · MITISSIMI · PLAGA
DE · SENIORVM · CONSILIO · PRAEOPTATA
PRAETORIVM · SIBI · ET · SVIS · APTVM · IOCVNDVM
TRANQVILLAE · SECVRAEQVE · VITAE
QVAE · IN · VOTIS · ERAT · BEATISSIME · TRADVCENDAE
AB · INCOHATO · AEDIFICARI · ORNARIQVE · IVSSIT

CCCCLXXXXVII. (ibidem)

KAROLVS · FRANC · F · ANGVISSOLA
PATERNO · AMORI · OBSEQVVTVS
FILIABVS · QVINQVE · SVAVISSIMIS
THERESIAE · CONSTANTIAE · KAROLINAE · MARIAE · BARBARAE
DIAETAS · SINGVLIS · SINGVLAS
AD · RVSTICATIONEM · EARVM · CONSOCIANDAM
OPERIBVS · AMPLIATIS
PRAETORIO · SVO · ADSTRVENDAS · CVRAVIT

CCCCLXXXXVIII. (ibidem)

KAROLVS · FRANC · F · ANGVISSOLA
QVAE · IVSSV · IMPENSAQVE · MEA · EDVCTA
CONSTITVTAQVE · SVNT · ERVNT
EA · QVAMDIV · MOLE · SVA · STABVNT
TESTES · POSTERITATI · ESSE · OMNIA · VOLO
ANIMI · OBSEQVIIQVE · MEI
ERGA · DEVM · OPTIMVM · MAXIMVM
QVOD · NVMINIS · EIVS · PROVIDENTIAM
SVMMAM · SINGVLAREM · PERPETVAM · SENSERIM

CCCCLXXXXVIIII. (Romae)

ANTONIVS · CAIET · F · BONCOMPAGNIVS · LVDOVISIVS
PRINCEPS · PLVMBINENSIVM
ANNO · M · DCC · LXXXVII ·
SEDEM · VRANIAE · INSTRVMENTO · ASTRONOMICO · ADORNATAM
ALOISIO · FILIO · DVLCISSIMO
OMNES · MAIORVM · LAVDES · ADPETENTI
DEDICAVIT

D. (in agro Brix.)

LVCRETIVS · GAMBARA · COMES
PR · NON · OCT · ANNO · M · DC · XII ·
FVNDVM · IN · AGRO · VIROLENSI · ALGHISIANO · COEMPTVM
COENOBIO · TEMPLOQVE · INAEDIFICANDO
PRIMVS · SODALIBVS · FRANCISCALIBVS · CAPVLATIS
ADTRIBVIT
VINCENTIVS · ET · BRVNORIVS · FRATRES · GAMBARAE
XIIII · KAL · APR · ANNO · M · DCCIC ·
TYRANNIDE · DOMINANTE · DIVENDITVM
REDEMERVNT
IIDEMQVE · IVRE · MANCIPI · RECEPTO
VETERIBVS · INCOLIS · REDDIDERE

DI. (in agro Bonon.)

IOSEPHVS · ANT · F · BIANCONIVS
VILLVLAM · IN · FVNDO · AVITO
FAMILIAE · SVAE · AD · OTIVM · SOLATIVMQ ·
ANTE · ANNOS · XXII ·
EX · KAROLI · FRATRIS · INGENIO · PRAESCRIPTOQ ·
INCOHATAM
ANNO · M · DCC · LXXXXI · AD · FASTIGIVM
EDVCTAM
ET · ADVERSVS · FLVMINIS · IMPETVM
COMMVNITAM
ABSOLVIT · ET · DEDICAVIT

DII. (Hieroiae in finib. Brix.)

HIERONYMVS · IOAN · F · NEGROBONVS · COMES
CVM · MARGARITA · FENAROLIA · VXORE · C · F ·
AVITVM · PRAETORIVM · ANTE · ANNOS · XXII ·
ANTONI · MARCHETTI · ARCHITECTI · CVRA
RESTITVI · COEPTVM
OECO · GEMINO · AD · INGENIVM · SVVM · EDVCTO
DIAETISQ · PROCVL · E · REGIONE · OPPOSITIS · AVCTVM
XYSTORVM · ITEM · ET · FONTIVM
AMOENIQ · CVLTVS · ACCESSIONE · HILARATVM
ANNO · M · DCC · LXXXXII . ABSOLVIT · ET · DEDICAVIT

DIII. (Pisauri)

HORATIVS · KAR · F · ALBANVS
PRINCEPS · SORIANENSIVM
ADLECTVS · INTER · PRIMORES · S · I · R ·
QVOD · RIVIS · PER · AESTATEM · SVBSIDENTIBVS
MOLAE · AQVARIAE · INVTILES · FIERENT
MACHINAM · MOLENDARIAM · TRVSATILEM
INVENTVM · IOSEPHI · PIZZI · ARCHIT ·
ANNO · M · DCC · LXXXVIII · IN · PLEBIS · COMMODA
CONSTRVENDAM · SVA · IMPENSA · CVRAVIT

DIIII. (Corae)

ALEXANDER · ANT · F · PROSPERVS · BVZIVS
FINIBVS · PRAEDII · PATERNI · PROLATIS
STATIONE · PECORI · PARATA
POMARIO · CONSITO
HORREIS · IN · PROXIMO · EXSTRVCTIS
ANNO · M · DCC · LXXXVI ·
AEDES · AD · RVSTICANDVM
LIBERIS · SVIS · POSTERISQVE · FECIT

DV. (Aesi)

ANTONIVS · IOSEPHI · F · HONORATVS · MARCHIO
ANNO · M · DCC · LXXXVIII ·
AVITAM · DOMVM · ADITV · ANGVSTO · SQVALENTEM
ET · DIAETIS · OFFICINISQVE · INTERRVPTIS
INCOMMODAM
PER · VIRGINIVM · BRACCIVM · ARCHIT · ROMA · ACCITVM
FRONTE · EXORNATA · SCALIS · INAEDIFICATIS
ACCESSV · ANFRACTVQVE · OMNI · EXPLICATO
IN · AMPLIOREM · SPLENDIDIOREMQVE · FORMAM
RESTITVENDAM · CVRAVIT

DVI. (via Flaminia post Castrum novum)

DOMINICVS · ET · FRANCISCVS · FRATRES
CAPOSAVI · COMITES
AEDES · AVITAS · VETVSTATE
DILABENTES
AMPLIATO · SOLO · AEDIFICIOQVE
AD · VIAM · MILITAREM · PRODVCTO
IN · ELEGANTIOREM · FORMAM · RESTITVERVNT
ANNO · M · DCC · LXXXIIII ·

DVII. (Caesenae)

HONORI
D · N · PII · VI · BRASCHI · PONT · MAX ·
PATRIS · PATRIAE
ALMERICI · FRATRES
IVRE · AVITAE · PORTICVS · TOLLENDAE · IMPETRATO
MONVMENTIQVE · PVBLICI · AREA · VIAQVE · LAXATA
BEATISSIMAE · DOMVS · EIVS · INSIGNIA
EX · INDVLGENTIA · OPTIMI · PRINCIPIS
IN · AEDIVM · PRIVARVM · FRONTE · DEDICAVERVNT
ANNO · M · DCC · LXXXVIII ·

DVIII. (Vrbini)

HORATIVS · KAR · F · HOR · N · ALBANVS
PRINCEPS · SORIANENSIVM
ADLECTVS · INTER · PRIMORES · SACRI · IMPERI · ROMANI
BIBLIOTHECAM · MAIORVM · SVORVM
AB · HANNIBALE · PATRVO
CARDINALI · DOCTISSIMO · LOCVPLETATAM
AVCTO · ITERVM · LIBRORVM · CENSV · ORDINANDAM
ET · NOVO · CVLTV · RESTITVENDAM · CVRAVIT

DVIIII. (Claris ad Lyceum)

RELIGIONI · ET · BONIS · ARTIBVS
LYCEI · CLARENSIS

DX. (Romae)

ABVNDIVS · AVR · F · REZZONICVS
SENATOR · VRBIS
DOMICILIO · SENATORIO · EXORNATO
ET · DIAETIS
SVA · IMPENSA · EXPLICATIS
AQVAM · IN · SVBLIME · ADDVCENDAM
ET · BALINEVM · EXSTRVENDVM
CVRAVIT
DA · CALIDAM DA · FRIGIDAM

DXI. (ibidem)

IOSEPHVS · ANDREAE · F · DORIA · CARD ·
ANNO · M · DCC · LXXXVIII ·
SVBVRBANVM · RAPHAELIS · SANCI · HOSPITIO
ET · OPERIBVS · CLARVM
SIBI · AD · ANIMI · REQVIETEM · AERE · PARATVM
· SPATIIS · PROLATIS
ET · HORTORVM · AMOENITATE · ADDITA
NOVO · CVLTV · RESTITVENDVM · CVRAVIT

DXII. (Sublaquei)

HONORI
D · N · PII · VI · PONT · MAX ·
DIAETAM · NOMINIS · EIVS
QVAM · ABBAS · CARDINALIS · INCOLVIT
ET · PONTIFICATVM · MAXIMVM · ADEPTVS · REVISIT
OPERIBVS · AMPLIATIS · PRODVCTAM
ET · RERVM · AB · EO · GESTARVM
ARGVMENTIS · DEPICTIS · EXCVLTAM
VETERES · HOSPITES · DEDICAVERVNT
AVCTI · ATQVE · ORNATI
OMNI · INDVLGENTIA · ET · LIBERALITATE
OPTIMI · PRINCIPIS

(prope Bassanum)

DXIII.

IOANNES · BAPTISTA · REZZONICVS
MAGNIS · VRBIBVS · ADITIS
MIRACVLISQVE · ORBIS · LVSTRATIS
PRIMVS·E·GENTE·SVA·RECESSVM·BASSANENSEM
AD · HONESTISSIMVM · OTIVM
SAECVLO · XVII · VERTENTE · DELEGIT
EVNDEM · FILII · AVRELIVS · ET · KAROLVS
IS · QVI · PONTIFICATVM · MAXIMVM · ADEPTVS
CLEMENS · XIII · DICTVS · EST
SVAVISSIME · COLVERVNT

DXIIII.

ABVNDIVS · AVR · F · IOAN · NEP ·
REZZONICVS
SENATOR · VRBIS
ANNO · M · DCC · LXXXX ·
VILLAM · PRAETORIVMQVE
IVCVNDAS · MAIORVM · AMOENITATES
GRATA · CIVIVM · BASSANENSIVM
FREQVENTIA · HILARES
AEDIFICATIONE · PRODVCTA
ET · CVLTV · ADDITO · PERFICIENDA · CVRAVIT

DXV. (Bassani Patavinorum in villa Rezzonica)

HOSPES
QVAE · SPECTAS · CIRCVM
VIM · INGENI · MIRATVS · ATQVE · ARTEM
ANTONIVS · CANOVA
FECIT
PLASTES · IDEM · ET · SCVLPTOR
AETATIS · SVAE · PRAESTANTISSIMVS

DXVI. (apud Bassanum Patav. in villa Rezzonica)

ABVNDIVS · AVR · F · REZZONICVS
PRISCAS · FIGLINI · OPERIS · RELIQVIAS
PROPE · VRBEM · AD · VIAM · PORTVENSEM
STVDIO · INVENTAS
IN · FVNDO · SVO · DEDICAVIT

DXVII.

ABVNDIVS · AVR · F · REZZONICVS
ROMANAS · ICVNCVLAS · AD · VIAM · PORTVENSEM
IN · BALINEI · PARIETIBVS · CERA · ILLITAS
IN · PRAETORIVM · SVVM · TRANSFERENDAS
CVRAVIT

DXVIII.

ABVNDIVS · AVR · F · REZZONICVS
RECEPTA · INSIGNIVM · STATVARVM · CAPITA
QVAE · AD · VIAM · PORTVENSEM · IN · CLOACA
LATEBANT
HEROVM · VICEM · MISERATVS
SEDE · ADTRIBVTA · DIGESSIT

DXVIIII.

ABVNDIVS · AVR · F · REZZONICVS
ALABASTRITEN · ANTIQVI · OPERIS
SECTILEM · ABACIS · INCLVSIT

DXX. (Brixiae apud Pharmacopolam)

AVETE · CIVES · HOSPITESQVE
QVIDQVID · ARS · HOMINVM · EXTVDIT
TVENDAE · VALETVDINI
RECIPERANDAE · SALVTI
VITAE · PRODVCENDAE
HEIC · IN · PROMPTV · EST · CVIQVE
SVMITE · PORRO · VTIMINI · REDITE

DXXI. (Brixiae)

ANNO · $\overline{M}$ · $\overline{DCCC}$ · $\overline{XIIII}$ ·
INDVLGENTIA · D · N · GABRII · MARIAE · NAVAE · PONTIF ·
ASCETERION · PLEBIS · VRBANAE · ADOLESCENTIS
QVOD · ANNO · $\overline{M}$ · $\overline{DCCC}$ · $\overline{XII}$ ·
FELICITER · INCOHATVM · FVERAT
IN · AMPLIOREM · SEDEM · DEDVCTVM · EST
DATVMQVE · VTI · IN · AEDEM · MARIANAM
CONVENIRE · CVIQVE
FESTIS · PROFESTISQVE · DIEBVS · FAS · ESSET
AD · PRECES · SOLLEMNES
ET · QVOTIDIANAM · MORVM · INSTITVTIONEM
VTIQVE · STATIS · DIEBVS · SYNAXIN · CELEBRATVRI
FREQVENTES · ADESSENT · PIETATEM · ADSIDVE · COLERENT
PERPETVAE · VIRTVTIS · CVSTODES
ET · VINDICES · FORENT

DXXII. (in monast. Poliron.)

MAVRVS · MARIVS · ABBAS · PRAESES · ORDINIS · PER · INSVBR · AVSTR ·
VETERI·LITTERARVM·ET·DOCTRINAE·DOMICILIO·INCVRIA·TEMPORVM·ANNORVMQVE·SPATIIS·SQVALENTE
RESTITVTIONEM · TANTI · OPERIS
INSIGNI · STVDIO · ET · GRATVITA · COLLATIONE · MONACHORVM · A · SOLO · AGGRESSVS
BIBLIOTHECAM · CVM · ATRIO · EDVCTIS · IN · SVBLIME · PARIETIBVS · CAMERAQVE · IMPOSITA · REFECTAM
ET · MAGNORVM · ARTIFICVM · OPERIBVS · ATQVE · OMNI · CVLTV · EXORNATAM
ANNO · $\overline{M}$ · $\overline{DCC}$ · $\overline{LXXXX}$ · PERFECIT · ET · DEDICAVIT

DXXIII. (ibidem)

MAVRVS · MARIVS · ABBAS · PRAESES · ORDINIS · PER · INSVBR · AVSTR ·
AD · RESCRIPTA · PRINCIPVM · ET · ACTA · MAIORVM · AB · INTERITV · VINDICANDA
ANNO · $\overline{M}$ · $\overline{DCC}$ · $\overline{LXXXX}$ ·
OCTO · AMPLIVS · VOLVMINVM · MILLIBVS · QVAE · BELLORVM · METV · IN · HOSPITIVM
MANTVANVM · TRANSLATA · ANGVSTO · LOCO · ET · HVMENTI · CONTABESCEBANT
IN · VETEREM · DOMVM · PARATAMQVE · SEDEM · RESTITVTIS
TABVLARIVM · PLVTEIS · DISTINCTVM · ET · SERIE · DESCRIPTA · EXPLICATVM
AB · INCOHATO · ORDINANDVM · CONSTITVENDVMQVE · CVRAVIT

DXXIIII. (Romae ad campum Florae)

EX · AVCTORITATE
D · N · PII · VI · PONT · MAX ·
QVOD · SOLI · PRIVATI · SVPERERAT · IN · RECESSV
CESSIT · PVBLICO
VTI · DEXTRA · LAEVAQVE
TANTVMDEM · EX · PVBLICO · OCCVPARETVR
AD · AEDES · LOCATITIAS · EXSTRVENDAS
QVAE · SVNT · TEMPLI · TRANSTIBERINI · S · CAECILIAE

DXXV. (Bononiae)

IVLIVS · CIPRIVS · ORGANARIVS
FECIT · ANNO · M · D · LXXVI ·
IOACHIMVS · PILLOTTVS
ARTE · PARI · RESTITVIT · PERFECIT
ANNO · M · DCC · LXXXVIII ·
OCTAVIO · ADAMIO · ABBATE
ROMVALDO · DORIA · CVRIONE

DXXVI. (Claris contra valetudinarium publ.)

VII · VIRI · VALETVDINARIO · PVB · REGVNDO
ANNI · M · DCC · LXXXV ·
NE · FVNESTA · CADAVERIBVS · DOMO
MOEROR · AEGRIS · AVGERETVR
NEVE · SVPREMIS · COGNATORVM · OFFICIIS
LOCO · IDONEO · RECESSVS · DEESSET
CELLAM · LVGVBREM
CORPORIBVS · DEFVNCTORVM
IN · FVNERIS · HORAM · ADSERVANDIS
CONSTRVENDAM · CVRAVERVNT

DXXVII. (in Alpib. Taur.)

FAVSTINA
GROSSI · FILIA · MAZZETTI · VXOR
COMES
RVSCVLVM · RIVAM
LOCI · AMOENITATE · CAPTA
IN · OTIO · DILEXI
HOC · IDEM · VT · AMAREM · VNICE
EFFECIT
PIVS · GRISELLA · CVNIGO
COMES
CVIVS · AD · INGENIVM · SCILICET
ATQVE · INTELLIGENS · IVDICIVM
EXORNATA · DOMVS
QVA · ETRVSCO · ARTIFICIO · RENIDET
QVA · SINENSI · CVLTV · SPLENDET
DEQVE · PVLCRO · SANCI · PERISTYLIO
MIRAS · ITERANS · SPECIES
GRATA · VICE
EXHILARAT · DOMINAM
HOSPITES · TENET

DXXVIII. (in agro Clarensi)

CORVINI · FRATRES
AVRELIVS · ET · IANVARIVS
VIRIDARIVM · A · MAIORIBVS · IN · FVNDO · PINIANO
CONSITVM
AMPLIATO · SOLO
STIRPIBVSQVE · PEREGRINIS
ET · POMARIO · EXOTICO · ADIECTIS
DVPLICAVERVNT
AMICORVM · ET · ADVENARVM · DELICIAS
AVCTVRVM

DXXVIIII. (Romae in T. Later.)

IMAGO · ICONICA · BONIFACI · VIII · PONT · MAX ·
IVBELAEVM · PRIMVM · IN · ANNVM · M · CCC · INDICENTIS
PICTVRA · GIOTTI · AEQVALIS · EORVM . TEMPORVM
QVAM · E · VETERI · PODIO · IN · CLAVSTRA · INDE · IN · TEMPLVM · TRANSLATAM
GENS · CAIETANA · NE · AVITVM · MONVMENTVM · VETVSTATE · DELERETVR
ANNO · M · DCC · LXXXVI · CRYSTALLO · OBTEGENDAM · CVRAVIT

DXXX. (Centi)

LEOPOLDVS · TANGERINVS · ARCHIPRESB ·
VETERI · DOMO
BARBIERI · CIVIS · ET · PICTORIS · EGREGI
OB · VETVSTATEM · DILABENTE
PRIMVM · EIVS · NEC · DVM · ARTEM · PROFESSI
OPVS · MIRABILE · VDO · ILLITVM
PARIETIS · PARTE · DESECTA
IN · AEDES · A · SOLO · RESTITVTAS · AN · M · DCC · LXXXX ·
TRANSFERENDVM · CVRAVIT

DXXXI. (Palosci)

FAVSTINVS · NARCISIVS · ARCHIPR ·
ANNO · M · DCCC · XVII ·
AEDES · VETERES · HONORIS · SVI · SEDEM
TEMPORVM · NEGLIGENTIA · DILAPSAS
OPERIBVS · AMPLIATIS · AVCTAS
ET · SECVNDVM · VOTA · POPVLI · PALOSCENSIS
NOVAM · IN · FORMAM · EXORNATAS
IMPENSA · SVA · RESTITVENDAS · CVRAVIT

DXXXII. (in finib. Bergom.)

ARMAMENTARIVM
PROCERVM · ALBANORVM
QVO · MAIORES · REGVM · DONARIA
GENTIS · SVAE · DECORA
ET · VETVSTA · INSTRVMENTI · BELLICI
MONVMENTA
SVMMO · STVDIO · CONGESSERANT
NVNC · POST · HOSTILEM · GALLORVM
DIREPTIONEM
PAVCA · DE · MVLTIS · SERVANS
ERVDITIONI · POSTERITATIS

DXXXIII. (Patavii)

ANTONIVS · IOAN · MARIAE · F · PIAZZA
AN · $\overline{M}$ · $\overline{DCCC}$ · $\overline{XVII}$ ·
ANTIQVAE · TVRRIS · MVNIMENTVM
SQVALLORE · DETERSO · RESTITVTVM
VTI · SIBI · ET · AMICIS · SOLATIVM · DELICIVMQVE · ESSET
OPERIBVS · AMPLIATIS
ET · OMNI · CVLTV · ADDITO
PERFICIVNDVM · CVRAVIT

CAPVT V·

E L L O G I A

DXXXIIII· (sub effigie)

IGNATIVS · QVI · ET · THEOPHOROS
PONTIFEX · ANTIOCHENSIVM · A · PETRO · TERTIVS
LVMEN · ASIAE · ORNAMENTVM · ECCLESIAE
HIC · PER · ORIENTEM · TRAIANO · PRINCIPE
EXEMPLAR · RELIGIONIS · ASSERTOR · PIETATIS · FVIT
QVODQVE · SCRIPTO · TRADIDIT · FACTIS · EXPLEVIT
VINCVLA · AERVMNAS · LANIATVS · FERARVM
PRO · CHRISTIANO · NOMINE · LVBENS · VOLENS · PERPESSVS
AMORE · VNVS · TANTO · IN · DEVM · SERVATOREM
INCENSVS · QVANTO · CLARISSIMOS · MARTYRES
SIMVL · ARSISSE · COMPLVRES · PERMAGNVM · SIT
DIGNVS · IDEM · QVEM · HOMINES · VNIVERSI
SVMMVM · DIVINI · AMORIS · MAGISTRVM · HABEANT

DXXXV· (Brixiae)

FRANCISCVS · LANA · TERTIORVM · VIR · SVMMVS · E · SOC · IESV
INGENIO · STVDIISQVE · CLARISSIMVS · QVI · MAGNVS · NATVRAE
SPECVLATOR · HABITVS · EST · PRIMOSQ · INTER · SOPHOS · LITTERARIA
RE · INVENTIS · AVCTA · SAECVLVM · XVII · DOCTIS · LABORIOSISQ · VOLVMINIBVS
DITAVIT · BRIXIAE · ATQVE · ITALIAE · LVMEN · ET · ORNAMENTVM

DXXXVI· (Brixiae sub imag·)

SONCINA · VIRGO · MAGDALENE
AMORES · VNA · DOMVS · ET · DELICIAE
MITISSIMO · QVAE · ERAT · INGENIO
INNOCENS · PIA · ANIMO · INVICTO
EHEV · ANNVM · QVVM · AGERET · XVIIII ·
FLOSCVLI · INSTAR · ARVIT

DXXXVII. (sub effigie)

IMP · CAES · THEODOSIVS · THEOD · F ·
PIVS · FELIX · AVG ·
IIIC · IMPERATORVM · QVI · ORBEM · ROMANVM
SOLI · VNIVERSVM · REXERE · POSTREMVS
IMPETV · BARBARORVM · REPRESSO · TYRANNIS · DELETIS
RE · PVBLICA · CONSERVATA · MAGNI · COGNOMEN · INVENIT
PIETATE · MAIOR · RELIGIONEM · IMPERIO · ANTETVLIT
ECCLESIAEQVE · AVCTORITATEM · REVERITVS
ET · SECTARVM · FAVTORES · AVERSATVS · OMNES
CONCILI · COGENDI · AVCTOR · PACI · CONSVLVIT
ANTISTITES · SACRORVM · VBIQVE · TVTATVS · EST
AMBROSIVM · PONTIFICEM · PARENTIS · LOCO · HABVIT
SVPERSTITIONEM · MAIORVM · LEGIBVS · SVSTVLIT
NOMEN · CHRISTIANVM · AVXIT · ORNAVIT



DXXXVIII. (Salodii)

IOS · AEMILIVS · VOLTOLINA
DOMO · SALODIO
SCRIPTOR · AETATIS · SVAE · POLITISSIMVS
ET · LATINORVM · POETARVM · VENERES · IMITATVS
QVEM · EDITI · DE · CVLTVRA · HORTORVM
LIBRI · TRES · ALIA · ITEM · ANTIQVI · STILI
POEMATIA · AEQVALIBVS · PARITER · ET
NEPOTIBVS · MERITO · SVSPICIENDVM · TRADIDERE
NATVS · ANNO · M · D · XXXXVIIII · IN · IPSA
ADOLESCENTIA · FLORVIT · ET · BREVI · VSVS
AEVO · INTRA · ANNVM · TRICESIMVM · SECVNDVM
EGREGIA · INGENII · SVI · MONVMENTA
CONCLVSIT · FAMAM · PRODVXIT · AD · POSTEROS

DXXXVIIII. (sub effigie)

PIVS · VI · PONT · MAX ·

FAMAE · IMMORTALITATEM · VIRTVTE · MERITVS · QVI BONI · PRINCIPIS · LAVDEM · CVM · PARENTIS · PVBLICI · GLORIA CONIVNXIT · NATVS · POPVLIS · IMPERIO · REGVNDIS · ECCLESIAE IDEM · CONSILIO · ADMINISTRANDAE · DIVINITVS · DATVS · EO AVCTORE · BONAE · ARTES · PER · ROMANOS · FINES · REVIXERE LIBERIS · PLEBEIORVM · ALENDIS · INSTITVENDISQ · DOMVS APERTAE · INGENTES · AGRORVM · TRACTVS · CVLTVRAE · REDDITI OTIOSORVM · IGNAVIA · AD · OPVS · MERCEDE · EXCITATA · NEQVITIA POENA · COËRCITA · CIVITATES · COMMERCIIS · LOCVPLETATAE VIAE · MVNITAE · PORTVS · RESTITVTI · FLVMINVM · VIS · MOLIBVS OPPOSITIS · DOMITA · VICI · CONVENARVM · FREQVENTIA · AVCTI OPIFICES · PRAEMIO · INVITATI · OPPIDA · DIGNITATE · NOBILITATA VRBS · OMNI · ORNAMENTORVM · GENERE · EXCVLTA EODEM · MODERATORE · ECCLESIA · VNIVERSA · GAVISA · EST OPEM · SEMPER · CONSILIVMQVE · EXPERTA · QVOD · QVAEREBAT VNVS · ILLE · IMPENDENTES · CALAMITATES · MVLTO · ANTE PROVIDIT · VNVS · INGRVENTIA · PERICVLA · DEMONSTRAVIT MAGNO · IN · ADVERSIS · ANIMO · VIM · INVICTVS · PERTVLIT ET · REGNO · SPOLIATVS · AVCTORITATEM · NON · AMISIT VBIQVE · PONTIFICATV · FVNCTVS · MAXIMO · ET · ORBI CHRISTIANO · VENERABILIS · MORTE · IPSA · EXEMPLO FVIT · HVNC · ESSE · PARENTIS · SVMMI · BEATISSIMVM EXITVM · SI · VITAM · PRO · RELIGIONE · PROFVNDAT

DXXXX. (Brixiae sub imag.)

PETRVS · ALEX · F · SVVAROVIVS · RYMNICHIANVS
AB · ADOLESCENTIA · DVCTOR · ORDINVM
DONIS · MAXIMIS · HONORIBVSQVE
AB · IMPP · AVGG · AVCTVS
QVEM · PER · ADVERSA · VVLNERA
PERQVE · MAGNORVM · PRAELIORVM · LABORES
AD · SVMMVM · GLORIAE · MILITARIS
FASTIGIVM
VIRTVS · EVEXIT
ET · ITALIAE · AD · INTERITVM · RVENTI
SERVATOREM · PARAVIT

DXXXXI. (Mediolani)

IOANNES · BAPTISTA · FRANC · F · CORNIANVS · COMES
ORTV · BRIXIANVS · ET · HONORIS · VIRTVTISQVE · CAVSSA · ADLECTVS
IN · SPLENDIDISS · ORDINEM · MEDIOLANENSIVM · ET · CREMENSIVM
IDEM · IN · MVLTARVM · CIVITATIVM · DOCTISSIMOS · COETVS
ATQVE · IN · COLLEGIVM · ERVDITORVM · ITALIAE · COOPTATVS
VIR · INTELLIGENTIA · SCIENTIAQVE · MAGNVS · VRBANAS
RVSTICASQVE · RES · CALLERE · PARITER · VISVS · ET · PRIVATIS
PVBLICISQVE · NEGOTIIS · GERENDIS · NVNQVAM · IMPAR
MEDIOLANI · BRIXIAEQVE · IVRISDICTIONE · SANCTE · PERFVNCTVS
EXINDE · COGNITOR · IVDICIORVM · RENVNCIATVS · EST · SED · NATVS
AD · LITTERAS · EXCOLENDAS · HIS · MAXIME · LABORIS · PATIENS
INGENIOQVE · AD · OMNIA · VERSATILI · DEDIDIT · SESE · EXIMIAM · SIBI
ET · PATRIAE · GLORIAM · ADEPTVS · ITAQVE · VIGEBIT · ELOQVENTIA
EIVS · SACRATA · VOLVMINIBVS · PROBATORVM · OPERVM · QVAE
POSTERITAS · ADMIRETVR · CVIVS · ET · DIGNITATEM · AVXIT
PERPETVA · RELIGIO · CONTEMPTORQVE · ANIMVS · GRATIAE · ET
DIVITIARVM · SENECTVTEM · ORNAVIT · INTEGRITAS · VITAE · PRVDENTIA
BENIGNITAS · EXCESSVM · ET · FVNVS · EFFVSI · IN · LACRIMAS · CIVES
ET · SVPREMAE · PARENTANTIVM · LAVDES · HONESTAVERE

DXXXXII. (Romae in summis aedibus Collegii Rom.)

VITALIANVS · BORROMEVS
CARDINALIS
TIT · VIRG · PRAX ·
QVEM · DOCTRINA · ET · VIRTVS · SVMMIS · VIRIS · AEQVAVIT
NATVS · HIC · ECCLESIAE · BONO · KAROLVM · SANCTISSIMVM
MAIORVM · SVORVM · STVDIO · RELIGIONIS · LIBERALITATE
ABSTINENTIA · RETVLIT · SOLATOR · MISERORVM · PARENSQVE
PVBLICVS · INOPIAE · PLEBIS · LEVANDAE · MORBISQVE
CVRANDIS · REDITVS · IN · PATRIA · ET · FVNDOS · ADDIXIT
ROMAE · DEVOTAS · DEO · FAMILIAS · VNVS · COMPLVRES
ALVIT · DITAVIT · DOMVM · DIAE · CHARITOS
AVCTOR · APERVIT · TRANSMISSA · HEREDITATE
CONSTITVIT · PVERIS · MYSTICI · EPVLI · EXPERTIBVS
AD · SANCTA · RITE · LIBANDA · INSTITVENDIS · PRIMVS
ASCETERION · AN · $\overline{M}$ · $\overline{DCC}$ · $\overline{LXXX}$ · REDITIBVS · ADTRIBVTIS
PARAVIT · VTIQVE · PERPETVA · EA · CVRA · ESSET · PII · $\overline{VI}$ ·
P · M · AVCTORITATE · IMPLORATA · PERFECIT · LEGES · ITEM
IN · HANC · SENTENTIAM · DIXIT
PRAEFECTVS · ASCETERI · ESTO · QVI · SYNAXIN · IN
VRBE · MENSTRVAM · MODERATVR · ISQVE · CARDINALI
VICE · SACRA · FVNGENTI · PARETO · HVIC · VNI · CODICEM
EXPENSI · ET · ACCEPTI · EXHIBETO
PVEROS · $\overline{XXIIII}$ · ADMITTITO · QVATER · SINGVLIS · ANNIS
EOSQVE · GRATIS · PER · DIES · OCTONOS · PAVITO · SI · SOLVENDO
NON · SINT · A · DIVITIS · FILIO · DIARIA · EXIGITO
STATI · DIES · PVERIS · ADMITTENDIS · SVNTO · PR · KAL · DEC ·
$\overline{VIII}$ · KAL · FEBR · PR · KAL · SEPT · SOLLEMNIA · SACRAMENTI
AVGVSTI
SI · EA · CVRA · PER · BIENNIVM · NEGLECTA · FVERIT
PRAEFECTVS · PECVNIAE · ADMINISTRANDAE · IVS · OMNE
AMITTITO · IDQVE · VIRGINIBVS · INFANTIS · DEI
QVAE · SVB · EXQVILIIS · SVNT · EA · LEGE · CEDITO
VTI · PVELLAS · TOTIDEM · PARI · CONDITIONE · ALANT
INSTITVANT · SECVS · HEREDES · EAM · SVMMAM
HABENTO · IVSQVE · OMNE · SIBI · VINDICANTO

DXXXXIII. (Salodii)

IACOBVS · BONFADIVS
DOMO · SALODIO
FAVSTO · LITTERIS · INITIO · SAECVLVM · $\overline{XVI}$ ·
INCOHAVIT · CLARVSQVE · PRIMVM · INTER
IVRISCONSVLTOS · FAMAM · SIBI · SCRIBENDO
AVXIT · SCRIPTOR · HABITVS · ELEGANTISSIMVS
ET · POETA · NON · VNO · SERMONE · INSIGNIS
PHILOSOPHVS · IDEM · INGENIO · SVMMVS
QVI · ET · CONDITOR · ANNALIVM · GENVENSIVM
INFELICI · EXITV · NEC · TAMEN · APVD · EXTEROS
MINVS · ILLVSTRI · NOMINE · LAVDES · MERITVS
DOCTORVM · HOMINVM · QVOS · HABVIT · AEQVALES

DXXXXIIII. (ibidem)

STEPH · BENEDICTVS · PALLAVICINIVS
DOMO · SALODIO
A · PVERILI · INSTITVTIONE · IN · GERMANIAM · AD
SAXONAS · CVM · PATRE · PROFECTVS · VIM · INGENI
VVLGAVIT · ET · IN · DOMO · PRINCIPIS · SVI · SCRIBAE
ET · POETAE · HONORES · ADEPTVS · EST · EXINDE
DIGNITATE · NOMINIS · AVCTA · REGIAM · AVCTORITATEM
SEQVVTVS · AD · SCRIBENDVM · SE · CONTVLIT · HORATIVM
DONAVIT · ITALIS · COMPTVM · ORNATVMQVE · ELEGANS
IPSE · ET · DOCTVS · OPERE · NONDVM · ABSOLVTO · ET
POSTERIS · TAMEN · GRATISSIMO · VIR · CETERA · PROBVS
MODESTVS · A · SAECVLI · SVI · LEVITATE · ALIENVS
NOSTRAE · PRAELVSIT · AETATI · ORNAVIT · SVAM

CAPVT VI.

DECRETA CIVITATVM ET COLLEGIORVM

DXXXXV. (Ravennae)

KAL · MAIIS · ANNO · M · DCC · LXXXV ·
RAVENNAE · MAGISTRATIBVS · SENATVM · HABENTIBVS
IN · CVRIA · FREQVENTES · ADFVERVNT
QVOD · VERBA · FACTA · SVNT · AD · PROVIDENTIAM · NOSTRI · ORDINIS PERTINERE · VT · ANTE · QVAM · ALOISIO · VALENTIO · GONZAGAE · CARD · LEGATO · PROV · N · SVCCEDATVR · PRO · IMMORTALIBVS · EIVS · IN HANC · REM · PVBLICAM · MERITIS · DE · HONORE · ILLI · HABENDO GRATIAQVE · REFERENDA · PERROGATIO · FIAT · DE · EA · RE · ITA CENSVERVNT

QVVM · ALOISIVS · VALENTIVS · GONZAGA · CARD · PROVINCIAM · N · EO · ANIMO · ADMINISTRANDAM · SVSCEPERIT · VT · COMMVNE BONVM · SEMPER · SPECTARET · PACATAQVE · CIVITATE · AC MALEFICIIS · POENA · COËRCITIS · COMMODA · CIVIVM · ET · REI PVBLICAE · DECORA · AVGERET

ITAQVE · A · IVVENTVTIS · CVRA · EXORSVS · SCHOLAS · PVBLICAS · LEGIBVS DICTIS · ORDINANDAS · CVRAVERIT · COLLEGIVM · BARBERINIANVM STVDIIS · BONARVM · ARTIVM · REVOCATIS · IN · PRISTINVM RESTITVERIT · REM · IDEM · PVBLICAM · LATIVS · AMPLEXVS · IVS AEDILITIVM · EMENDARIT · ANNONAM · CARITATE · INGRVENTE IN · PROVINCIAE · SVBSIDIVM · TEMPERAVERIT · EAQVE · LAXIORE FRVMENTI · DISTRAHENDI · COMMEATVM · VLTRO · DEDERIT HORREA · MERCIBVS · EVEHENDIS · AD · MARE · EXSTRVXERIT PORTVM · MARINIVM · STATIONE · EXPLORATA · ITERVM NAVIBVS · ONERARIIS · FREQVENTANDVM · DESIGNARIT

TVM · AD · VRBEM · QVOQVE · ORNANDAM · EXHILARANDAMQVE CONVERSVS · DANTIS · POETAE · SEPVLCRVM · A · SOLO · SVA · IMPENSA REFECERIT · BEVANVM · AQVIS · STAGNANTIBVS · CORRIVATIS IN · MARE · AVCTO · IMPETV · DEVOLVERIT · LACVS · ET · FORMAS

QVAE · NVLLO · VSV · CAELI · SALVBRITATI · OBESSENT · OBSTRVXERIT VIAM · QVAE · AD · THEATRVM · DVCIT · APERVERIT · ALIAS INTRA · MOENIA · STRAVERIT · ALIAS · EXTRA · AD · LITVS DEDVXERIT · VNAM · FORVM · LIVI · OB · MVTVA · COMMERCIA DEDVCENDAM · INCOHAVERIT

PLACERE · HVIC · ORDINI · VT · AD · PROVIDENTISSIMI · ET · ABSTINENTISSIMI PRAESIDIS · MEMORIAM · RETINENDAM · SIMVLACRVM · ICONICVM CVM · INSCRIPTIONE · NOMINIS · EIVS · IN · CVRIA · DEDICETVR ET · DECRETVM · N · AERI · INCISVM · EODEM · IN · LOCO AFFIGATVR

VTIQVE · LECTI · VIRI · EX · HOC · ORDINE · DESIGNENTVR · QVI DECEDENTI · GRATIAS · PVBLICE · AGANT · ET · CIVITATIS · N · PROVINCIAEQVE · VNIVERSAE · GRATAM · RECORDATIONEM · ET · STVDIA ERGA · EVM · PERPETVA · FVTVRA · POLLICEANTVR · CENSVERVNT

DXXXXVI. (Iguvii)

V · NON · IVL ·

ANNO · M · DCC · LXXXV ·

IGVVI · IN · CVRIAM · ORDO · QVVM · CONVENISSET VERBAQVE · FACTA · ESSENT · E · RE · PVBLICA · VIDERI SI · PATRONATVS · CIVITATIS · NOSTRAE · QVO · SEMPER AMPLISSIMI · CARDINALES · FVNCTI · SVNT · AD · EVM POTISSIME · DEFERRETVR · CVI · PONTIFEX · NOSTER PARENSQVE · PVBLICVS · MERITO · SVO · CARISSIMVS · ET CONIVNCTISSIMVS · ESSET · QVIQVE · SINGVLARI · PRAEDITVS AVCTORITATE · SVMMAQVE · GRATIA · APVD · D · N · PIVM · VI · PONT · MAX · DIGNITATEM · N · ORDINIS · REMQVE · PVBLICAM TVERI · POSSET · DE · EA · RE · ITA · CENSVERVNT

QVVM · REGIVS · PRINCEPS · HENRICVS · REG · IACOBI · F · REG · IAC · NEP · DVX · EBORAC · CARDINALIS · EPISC · TVSC · EO · SE · ANIMO · ERGA · PONTIFICEM · N · ESSE · AC · FORE OSTENDAT · QVO · SEMPER · FVIT · ET · QVEM · A · SE · AVELLI AEGERRIME · PASSVS · EST · EIVS · ADHVC · DESIDERIO · ET SPECTATAE · PERDIV · SAPIENTIAE · MEMORIA · TENEATVR

QVVMQVE · IDEM · OB · REGII · GENERIS · SPLENDOREM QVEM · MAXIMIS · CLARISSIMISQVE · VIRTVTIBVS

CVMVLAVIT · OMNEM · SIT · LAVDEM · SVPERGRESSVS EVMQVE · OBTINEAT · LOCVM · APVD · D · N · PIVM · VI · P · M · QVEM · PROMERITIS · EIVS · ET · HONORIBVS · ET DIGNITATI · DEBERI · OMNES · CONSENTIVNT

PLACERE · HVIC · ORDINI · VT · TANTVS · VIR · QVEM · SINGVLI VNIVERSIQVE · ET · BENIGNITATE · SVA · ET · PONTIFICIS · N · COMMENDATIONE · BENEVOLVM · PROPITIVMQ · SPERARE DEBEMVS · POSTQVAM · EI · OMNIVM · VOCE · ADCLAMATVM EST · COMMVNIBVS · QVOQVE · SVFFRAGIIS · PATRONVS CIVITATIS · N · ADSCISCATVR

VTIQVE · DECRETVM · N · ET · LAETITIAE · PVBLICAE TESTIMONIVM · SAXO · INCISVM · IN · CVRIA · FIGENDVM LOCETVR · QVO · INDVLGENTIAM · EIVS · ET · TEMPORVM FELICITATEM · POSTERIS · TESTATAM · RELINQVAMVS

CENSVERVNT · OMNES



DXXXXVII. (Velitris)

KAL · AVG · ANNO · M · DCC · LXXXX ·

VELITRIS · IN · CVRIA · DOMINICO · COLONNESIO IOAN · BAPTISTA · MAZZONIO · IOSEPHO · FABRIO · III · VIR · ORDINEM · HABENTIBVS · FREQVENTES · ADFVERVNT

QVOD · COLONNESIVS · III · VIR · V · F · AD · HVIVS · ORDINIS · DECVS OFFICIVMQVE · PVBLICVM · PERTINERE · VT · STVDII · NOSTRI GRATAEQVE · VOLVNTATIS · ERGA · V · E · STEPHANVM · BORGIAM CARDINALEM · AMPLISSIMVM · ET · DE · PATRIA · OPTIME · MERITVM INSIGNE · ALIQVOD · TESTIMONIVM · IN · CVRIA · EXSTARET DE · EA · RE · ITA · CENSVERVNT

QVVM · V · E · STEPHANVS · CAMILLI · F · BORGIA · CARDINALIS A · PRIMO · HONORVM · GRADV · CIVITATIS · DIGNITATEM · CARAM SEMPER · HABVERIT · EAMQVE · MAGISTRATIBVS · ET · CVRATIONIBVS SVMMA · VBIQVE · GLORIA · PERFVNCTVS · SVSTINVERIT SVSTINEAT

QVVMQVE · IDEM · PATRIAE · ORNAMENTA . SIMVL · ET · COMMODA ANIMO · COMPLEXVS · ANTIQVAE · LAVDIS · MEMORIAM · IMAGINE AVGVSTI · CIVIS · NOSTRI · DEDICATA · RENOVAVERIT INTERMORTVVM · SODALIVM · VOLSCORVM · NOMEN · VIRORVM

DOCTISSIMORVM · COOPTATIONIBVS · NOBILITATVM · CELEBRARIT AVCTOR · IPSE · MAGNORVM · OPERVM · AC · VINDEX · SACRAE AVCTORITATIS · MAIORVM · FAMAM · SCRIBENDO · CVMVLAVERIT BIBLIOTHECAM · PVBLICAM · LECTISSIMIS · OMNIS · GENERIS VOLVMINIBVS · AVXERIT · MVSEVM · SPLENDIDISSIMVM · ET MAXIMVM · VETERI · TOTIVS · ORIENTIS · GAZA · ET PRISCARVM · ARTIVM · RELIQVIIS · INLATIS · CONSTITVERIT CONSILIO · DENIQVE · OPIBVS · PATROCINIO · AD · OMNEM DOCTRINAM · ET · VIRTVTEM · PRAECLARA · CIVIBVS · SVIS ADIVMENTA · SVPPEDITARIT · SVPPEDITET

PLACERE · HVIC · ORDINI · OB · TANTA · EIVS · IN · SINGVLOS VNIVERSOSQVE · MERITA · VT · EVM · DEINCEPS · CIVITAS · N · PARENTIS · LOCO · HABEAT · ET · QVAECVMQVE · EI · MONVMENTA DICAVERIT · IN · EIS · VT · PATER · PATRIAE · APPELLETVR

VTIQVE · DECRETO · DE · EA · RE · PRAESCRIPTO · ET · IN · TABVLAS · PVB · RELATO · AEDILES · ALTER · AMBOVE · EXEMPLVM · EIVS · SAXSO INCISVM · IN · CVRIA · CONSPECTISSIMO · IN · LOCO · FIGENDVM CVRENT · CENSVERVNT



DXXXXVIII. (Ricinae)

III · NON · APRIL ·

ANNO · M · DCC · LXXXVIIII ·

RICINAE · IN · CVRIA · MAGISTRATIBVS · ORDINEM · HABENTIBVS

PATRES · FREQVENTES · ADFVERVNT

QVVM · EXOPTATISSIMVS · ROMA · NVNTIVS · ESSET · ADLATVS V · E · THOMAM · ANTONIVM · ANTICIVM · CLARISSIMVM HVIVSCE · ORDINIS · LVMEN · A · D · N · PIO · VI · PONT · MAX · INTER · PATRES · CARDINALES · COOPTATVM · FVISSE · VERBAQVE FACTA · ESSENT · AD · DIGNITATEM · PVBLICAM · ET · COMMVNE OFFICIVM · PERTINERE · VT · IN · SVMMA · CIVITATIS · LAETITIA STVDIVM · NOSTRI · ORDINIS · ENITERET · DE · EA · RE · ITA CENSVERVNT

QVVM · V · E · THOMAS · ANTONIVS · ANTICIVS · AB · IPSA ADOLESCENTIA · IN · NEGOTIIS · PVBLICIS · ANIMO · INTEGRO EXCELSOQVE · ROMAE · VERSATVS · HONORE · ANTISTITI DOMINOQVE · LEODICENSIVM · ADSERTO · INCLARVERIT

DIGNVSQVE · IAMTVM · HABITVS · SIT · QVEM · VIR · ILLE SVMMVS · ET · IPSI · SEPTEMVIRI · AVGVSTIS · LEGENDIS COLONIENSIS · ET · BAVARICVS · ORATOREM · IN · VRBE · SVVM CVM · LIBERIS · MANDATIS · DESIGNARENT

ATQVE · IDEM · PARI · IAM · MVNERE · AB · REGE · INVICTO · REQVE PVBLICA · POLONORVM · DELATO · INGENTIA · QVAEQVE · MENTE COMPLEXVS · OMNES · OFFICII · PARTES . EXPLEVERIT MERITVSQVE · VIRTVTE · SIT · VT · GEMINIS · INSIGNIBVS REGALIVM · ORDINVM · EXORNATVS · ET · INTER · INDIGENAS PATRICIOS · ADLECTVS · SVFFRAGIO · ETIAM · PVBLICO · EXIMIVM CVRARVM · MAXIMARVM · PRAEMIVM · PVRPVRAM · ROMANAM FERRET · EOQVE · NOMINE · PATRIAM · ET · CIVES · SVOS AMPLISSIMO · HONORE · AFFICERET

IDEM · QVOQVE · PERAGRATA · GERMANIA · PRINCIPIBVS · SVMMIS REGIQVE · BORVSSORVM · FEDERICO · MAGNO · IN · PRIMIS PROBATVS · INTERQVE · CONSILIARIOS · EIVS · ADSCITVS · REGIIS PER · ITALIAM · NEGOTIIS · PRAEPOSITVS · FVERIT · INQVE · VRBE SERENISS · PRINCIPIS · QVEM · BIS · MAGNIFICENTISSIMO HOSPITIO · ACCEPIT · KAROLI · THEODORI · PALATINI · IVSSV LEGATIONIS · AD · BAVAROS · INSTITVENDAE · ET · CORPORIS BAVARICI · EQVITVM · HIEROSOLYMAR · ORDINANDI · ARBITER SINGVLARI · CONSILIO · REM · VTRAMQVE · APVD · PONTIFICEM MAXIMVM · ITA · PERFECERIT · VT · NOBILISSIMI · ORDINIS ORNAMENTVM · MAGNAM · CRVCEM · PROMERERETVR · SIMVLQVE IMMOBILEM · FIDEM · D · N · PII · $\overline{\text{VI}}$ · IVDICIO · COMPROBATAM CONSERVARET

PLACERE · OB · TANTA · EIVS · IN · PATRIAM · REMQ · PVBL · MERITA VT · EX · HOC · ORDINE · LECTIS · QVI · AVRVM · EI · CORONARIVM PERFERANT · PARTVMQVE · HONOREM · CIVITATIS · VNIVERSAE NOMINE · GRATVLENTVR · FESTI · PRAETEREA · DIES INDICANTVR · QVIBVS · DATORI · BONORVM · DEO · GRATIIS ACTIS · FERIATA · COLONIA · SIT · VIAEQ · ET · DOMVS · FACIBVS CEREISQ · PER · NOCTEM · COLLVCEANT · ET · CONCENTV · MVSICO HILARATAE · COMMVNE · OMNIVM · IN · AMANTISSIMI · CIVIS HONORE · GAVDIVM · ET · VOLVNTATEM · TESTENTVR

VTIQVE · DECRETVM · HOC · QVVM · IN · TABVLAS · PVBLICAS RELATVM · FVERIT · INDE · DESCRIPTVM · ET · MARMORI

INCISVM · SPECTATISSIMO · IN · LOCO · FIGATVR · QVO · IN POSTEROS · QVOQVE · ET · AMPLISSIMI · VIRI · LAVS · ET · OFFICII NOSTRI · MEMORIA · PVBLICE · PROROGETVR · CENSVERE

DXXXXVIII. (Algidi)

IDIBVS · NOV · ANNO · M · DCC · LXXXVII ·

ALGIDI · IN · CVRIA · PRIMORIBVS · ORDINEM · HABENTIBVS

QVVM · VERBA · FACTA · ESSENT · DE · AVGENDIS · HONORIBVS · ORNANDAQVE VIRTVTE · LAVRENTII · RICCARDI · CIVIS · VALLECVRSANI · PRAESIDIS N · PROVIDENTISSIMI · ATQVE · ABSTINENTISSIMI · ITA · OMNES · CENSVERVNT

QVVM · VIR · SPECTABILIS · LAVRENTIVS · RICCARDIVS · SACRI · CIVILISQVE · IVRIS CONSVLTVS · EX · QVO · MVNICIPII · N · PRAEFECTVRAM · SVSCEPIT SINGVLARI · CVRA · SAPIENTIQVE · ADMINISTRATIONE · CIVIS · OPTIMI ANIMVM · SEMPER · ET · PARENTIS · INDVLGENTISSIMI · AMOREM PRAESETVLERIT

QVVMQVE · OPERA · EIVS · PAX · INTER · CIVES · REDVCTA · CONTROVERSIAEQVE INTER · PATRONVM · NOSTRVM · V · C · ET · CLIENTES · EIVS · REMQVE PVBLICAM · SVBLATAE · SINT · EIVSDEMQVE · PRVDENTISSIMO ADVERSVS · FRAVDES · CONSILIO · SIGNVM · PVBLICVM · VNIVS · FIDEI ANTE · COMMISSVM · IN · TRIVM · POTESTATE · QVI · MAGISTRATVM GERERENT · ESSE · COEPERIT

IDEM · ETIAM · INSTANTIA · STVDIOQVE · SVO · VNVS · MAXIME EFFECERIT · VT · CHIRVRGO · IN · MVNICIPIVM · DEDVCTO SALVTI · COMMVNI · IN · PERPETVVM · PROSPICERETVR

PLACERE · OB · TANTA · EIVS · IN · SINGVLOS · VNIVERSOSQVE · MERITA VT · GRATIIS · EI · PVBLICE · ACTIS · IN · CIVITATEM · NOSTRAM RECIPIATVR · VTIQVE · ILLI · APVD · NOS · COMMODIS · FRVI EISDEM · IVS · SIT · QVIBVS · CETERI · QVI · AB · ORIGINE · ET OPTIMO · IVRE · SVNT · CIVES · FRVVNTVR · CENSVERVNT

SCRIBVNDO · ADFVERE

M · CORVNCANIVS · STELLA
Q · ALBIVS · AVICENNA   III · VIRI
M · VIBIVS · TIRCANVS

DL. (Brixiae)

· EIDIB · MAIIS · ANNO · $\overline{M}$ · $\overline{DCC}$ · $\overline{LXXXIIII}$ ·
BRIXIAE · IN · CVRIA · $\overline{VII}$ · VIRIS · SENATVM · HABENTIBVS
FREQVENTES · ADFVERVNT

QVOD · VERBA · FACTA · SVNT · AD · NOSTRI · ORDINIS · PROVIDENTIAM PERTINERE · VT · ANTE · QVAM · IOANNI · CRASSO · V · C · PRAEFECTO VRBIS · SVCCEDATVR · OB · SVMMA · EIVS · IN · OMNES · ORDINES MERITA · DE · HONORE · ILLI · HABENDO · GRATIAQVE · PERSOLVENDA PERROGATIO · FIAT · DE · EA · RE · ITA · CENSVERVNT

QVVM · IOANNES · CRASSVS · V · C · PRAEFECTVRA · VRBIS · NOSTRAE SVSCEPTA · ITA · REM · PVBLICAM · ADMINISTRAVERIT · VT NVLLA · PRIVATORVM · OFFENSA · PVBLICA · PER · EVM COMMODA · AMPLIATA · ORDINISQVE · N · DIGNITATEM CONSERVATAM · ATQVE · AVCTAM · VIDEAMVS · SINGVLARI VERO · EIVSDEM · CONSILIO · ET · VIGILANTIA · PAX · VBIQVE ET · CONCORDIA · FIRMATA · SIT · AC · MORVM · PRAETEREA SANCTITAS · ET · RELIGIONIS · AVCTORITAS · CVM · LITTERARVM GLORIA · REVIXERIT

QVVMQVE · IDEM · ANNO · SVPERIORE · IN · SVMMA · ANNONAE CARITATE · SVBSIDIVM · VRBI · PROVIDENTISSIME · ADTVLERIT PROVINCIAMQVE · VNIVERSAM · FAMIS · INGRVENTIS · PERICVLO LIBERARIT

PLACERE · HVIC · ORDINI · VT · AD · OPTIMI · ATQ · ABSTINENTISSIMI VIRI · MEMORIAM · RETINENDAM · ET · COMMVNE · VRBIS STVDIVM · POSTERITATI · TESTANDVM · CLYPEVS · EX · AERE INAVRATVS · CVM · IMAGINE · ET · INSCRIPTIONE · NOMINIS · EIVS IN · CVRIA · DEDICETVR

VTIQVE · LECTI · VIRI · EX · HOC · ORDINE · DESIGNENTVR QVI · DECEDENTI · GRATIAS · PVBLICE · AGANT · ET PRAEFECTVRAE · EIVS · GRATAM · NOBIS · RECORDATIONEM PERPETVO · FVTVRAM · POLLICEANTVR · CENSVERVNT

DLI. (Praeneste)

VIIII · KAL · MAIAS · ANNO · M · DCC · LXXXVI ·
PRAENESTE · IN · CVRIA · GORDIANO · MARCHETTO · PETRACCHINO
SEBASTIANO · CECCONIO · FRANCO · BANDIERA
FEL · ANGELO · FIORENTINO · QVATVORVIRIS · ORDINEM
HABENTIBVS
QVOD · VERBA · FACTA · ESSENT · DE · IOSEPHI · GRAZIOSI
VICE · SACRA · ANTISTITIS · PRAENESTINI · SINGVLARIBVS
ERGA · REM · PVBLICAM · N · PROMERITIS · DEQVE · GRATIA
QVAM · EI · PVBLICO · NOMINE · REFERRI · OPORTERET
DE · EA · RE · ITA · CENSVERVNT
QVVM · IOSEPHVS · GRAZIOSVS · REATINVS · PONTIFICI
CIVILISQVE · IVRIS · CONSVLTVS · IN · PROTONOTARIORVM
COLLEGIVM · ADLECTVS · MVLTOS · IAM · ANNOS · VRBI
N · SANCTISSIME · VICE · SACRA · PRAESIT · IDEMQVE
VICARIA · ETIAM · PRAEFECTVRA · PER · INTERREGNVM
SAPIENTISSIME · FVNCTVS · SIT
QVVMQVE · ANNONAE · PRAETEREA · ET · DVCTVS · AQVAE
REFICIENDI · CVRATIONIBVS · DELATIS · CONSILIO
ET · DILIGENTIA · EFFECERIT · VT · BONI · QVIDEM
PANIS · COPIA · QVOTIDIE · PLEBI · SVPPETERET
AQVA · VERO · FORMIS · PVRGATIS · ET · RESTITVTIS
VBERIOR · AC · PELLVCIDIOR · IN · VRBEM · INFLVERET
PLACERE · VNIVERSIS · VT · QVI · VRBEM · N · PATRIA
CARITATE · COMPLEXVS · SIT · HONORIS · VIRTVTISQVE
CAVSSA · CIVITAS · EI · QVAM · OPTIMO · IVRE
DETVR
VTIQVE · NOMEN · EIVS · IN · TABVLAS · PVBLICAS · ATQVE
INTER · VRBIS · PRIMORES · REFERATVR · CENSVERVNT
RECOGNOVIT · PETR · ANTONIVS · BONANNVS
ADIVTOR · IIII · VIR · ET · SCRIBA

DLII. (pro epheborum contubernio)

NE · VLLI · VERBO · MALE · DICAT · QVISPIAM
SI · DIXERIT
HAEC · ILLI · MVLCTA · ESTO
VINO · DIES · TRIGINTA · VT · CAREAT

DLIII. (Anagniae)

PIO · VI · PONTIFICE · MAXIMO
EIDIBVS · IANVARIIS · ANNO · M · DCC · LXXXIIII ·
ANAGNIAE · IN · CVRIA

QVATVORVIRATV
IOAN · FRANCI · AMBROSI · TOMASI · DEC ·
LAVRENTII · GINEI
VINCENTI · AMBROSETTI
ALEXANDRI · TODESCHINI

XX · VIRI · SENATV · INDICTO · QVVM · IN · CONSILIVM · CONVENISSENT VERBAQVE · A · FRANCO · SILVESTRIO · V · C · FACTA · ESSENT · E · RE PVBLICA · FORE · VIDERI · SI · FIDELIS · OTTAVIANVS · DVCTOR · ORDINVM QVI · PRAEDIA · A · MAIORIBVS · ACCEPTA · IN · FINIBVS · NOSTRIS HABERET · AC · DOMICILIVM · SIBI · IN · HAC · PATRIA · CONSTITVISSET INTER · PATRICIOS · ADSCRIBERETVR · SENTENTIIS · PERROGATIS DECRETVM · COMMVNI · CONSENSV · IN · HAEC · VERBA · PERSCRIBENDVM CENSVERVNT

QVVM · FIDELIS · OTTAVIANVS · V · C · DOMO · FILETTINO · QVEM · IN · ARCIS ROMANAE · MILITIA · SIGNIFERVM · CLEMENS · XIIII · PONT · MAX · OB · MERITA · VIRTVTEMQVE · EIVS · INTER · DVCTORES · ORDINVM ADLEGIT · IAMDIV · AD · NOS · PROPTER · PRAXEDIS · CONTI · F · FEMINAE · CLARISSIMAE · MATRIMONIVM · AMPLISSIMA · COGNATIONE PERTINEAT

QVVMQVE · IDEM · EO · SIT · ANIMO · ET · AMORE · ERGA · CIVITATEM N · QVO · OPTIMVS · QVISQVE · CIVIVM · ERGA · PATRIAM · ESSE DEBET · AC · STVDIVM · EIVS · IN · HVNC · ORDINEM · PERPETVVM FVTVRVM · ESSE · SPECTATA · IPSIVS · PRAECLARIS · IN · REBVS CONSTANTIA · ATQVE · DIGNITAS · SPONDEAT

PLACERE · VT · IPSE · ET · LIBERI · POSTERIQVE · EIVS · IN · HVNC ORDINEM · COOPTENTVR · COOPTATIQVE · HABEANTVR · ET · EO IVRE · ET · GRADV · SINT · QVO · RELIQVI · OMNES · QVI HACTENVS · APVD · NOS · HONOREM · DECVRIONATVS · ADEPTI · SVNT

VTIQVE · DECRETVM · HOC · IN · TABVLAS · PVBLICAS · REFERATVR ET · EXEMPLAR · EIVS · DESCRIPTVM · ET · RECOGNITVM PETENTI · DETVR CENSVERVNT

RECOGNOVIT · ANDREAS · GISCVS
ADIVTOR · ET · SCRIBA · IIII · VIR · R · P · C ·

DLIIII. (Romae)

V · IDVS · NOVEMBR · ANNO · M · DCC · LXXXIII ·
IN · SCHOLA · MAGISTRIS · ORDINEM · HABENTIBVS · SODALES
FREQVENTES · ADFVERVNT

QVOD · V · F · S · DE · HONORE · HABENDO · GRATIAQ · REFERENDA · IOANNI · MARIAE RIMINALDO · V · C · DOMO · FERRARIA · SENIORI · SACRI · CONSILI · XII · VIR · LIT · IVD · SVMMI · MAGISTRI · CRIM · EXPIAND · ADIVTORI · A · RESCRIPTIS · PRIMICERIO COLLEGI · N · PRAEP · AEDIS · ET · VALETVD · ROCH · DE · EA · RE · ITA · CENSVERVNT

QVVM · IOANNES · MARIA · RIMINALDVS · V · C · COLLEGI · N · PRAEFECTVRAM · PRONA VOLVNTATE · ANTE · ANNOS · PROPE · TRIGINTA · SVSCEPTAM · SANCTE · SAPIENTERQVE IN · HANC · DIEM · GESSERIT · GERAT · REMQVE · FAMILIAREM · VNIVERSAM · SVMMO CONSILIO · EGREGIO · ANIMO · SINGVLARI · ABSTINENTIA · ADMINISTRARIT · ADMINISTRET ITAQVE · IAM · AB · ANNO · M · DCC · LXV · PROVIDENTIAE · INDVSTRIAEQVE · EIVS DEBEAMVS · QVOD · GERVLORVM · AEGROTANTIVM · CVRA · EX · AVCTORITATE CLEMENTIS · XIII · P · M · IN · ALIOS · TRANSLATA · ET · AERE · ALIENO · INTRA · PAVCOS ANNOS · DISSOLVTO · SPES · COLLEGI · NOMENQVE · REVIXERIT · AC · SVBINDE · AB ANNO · M · DCC · LXX · QVOD · IIS · OMNIBVS · QVAE · ANTONI · MARIAE · SALVIATI CARD · PIENTISSIMI · BENEFICENTIA · NOBIS · LEGATA · FVERANT · CLEMENTIS · XIIII · IVDICIO · ET · VOLVNTATE · DVMTAXAT · IN · MVLIERVM · PRAEGNANTIVM · COMMODA IVRE · LEGITIMO · VTAMVR

QVVMQVE · IDEM · PRAECISIS · SVMPTIBVS · ET · PARATA · PECVNIA · AEDES · VETERES PRAEGNANTIBVS · RECIPIVNDIS · IN · AMPLIOREM · FORMAM · RESTITVENDAS OMNISQVE · GENERIS · SVPELLECTILI · INSTRVENDAS · CVRAVERIT · IDEM · LEGIBVS DOMVI · REGENDAE · LATIS · ET · MATRVM · PVDICITIAE · ET · LIBERORVM VITAE · PRAECLARE · CONSVLVERIT · ATQVE · ETIAM · AD · PROVENTVS COLLEGI · N · AVGENDOS · NON · SINE · SACRAE · VRBIS · CVLTV · INSVLAM MVLTARVM · FAMILIARVM · MAGNIFICE · IN · PROXIMO · CONDIDERIT RELIGIONISQ · CAVSSA · AEDEM · QVOQVE · SPECVLIS · INAEDIFICATIS SACRARIOQVE · PRODVCTO · AC · DVPLICATO · INSTRVMENTO · ET ADMINISTRORVM · NVMERO · AVCTO · AVGVSTIOREM · FECERIT · TVRRIM PRAETEREA · CVM · HOROLOGIO · IN · SOLATIVM · VICINITATIS · A · SOLO ADSTRVXERIT · MAVSOLEI · AVG · OBELISCO · QVI · D · N · PII · VI · P · M · IVSSV · IN · COLLEM · QVIRINALEM · TRANSVECTVS · EST · FOSSAM · AD EGERENDVM · INTER · ADIECTARVM · AEDIVM · FVNDAMENTA · PATEFECERIT SCHOLAM · N · DIAETA · ET · VESTIARIO · ADDITIS · EXORNAVERIT TABVLARIVMQVE · ORDINARIT · COMMVNEM · DENIQVE · ORDINIS · DIGNITATEM PERPETVO · STVDIO · DEFENDERIT

PLACERE · VNIVERSIS · OB · TANTA · PATRONI · OPTIMI · ET · INDVLGENTISSIMI

MERITA · VT · GRATIAE · EI · PVBLICE · AGANTVR · ET · COMMVNI · CONSENSV
PARENS · ORDINIS · N · APPELLETVR
VTIQVE · AD · MEMORIAE · PERENNITATEM · DECRETVM · QVAM HONORIFICENTISSIMVM · DE · EA · RE · CONSCRIBATVR · ET · EXEMPLAR EIVS · SAXO · INCISVM · IN · AEDE · SPECTATISSIMO · LOCO · FIGENDVM LOCETVR · CENSVERVNT

RECOGNOVIT · PETRVS · PACIONIVS
TABELLIO · ET · SCRIBA · COLLEGI

DLV. (Fabriani)

D · N · PIO · VII · PONTIFICE · MAXIMO
FABRIANI · IN · CVRIA · LVCIO · FVNDANIO · MARCO · FLAVIO DVVMVIRIS · ORDINEM · HABENTIBVS · QVI · ETIAM SCRIBENDO · ADFVERVNT
QVVM · VERBA · FACTA · ESSENT · AD · MVNICIPI · NOSTRI DIGNITATEM · SPLENDOREMQVE · PERTINERE · VT VIRTVTI · V · C · PHILIPPI · GAZOLI · INTERAMNATIS NAHARTIS · PRAEFECTVRA · APVD · NOS · IN · EXEMPLVM FVNGENTIS · IVSTA · BENEVOLENTIAE · STVDIQVE · N · SIGNIFICATIO · DARETVR
ADCLAMATVM · EST · PLACVITQVE · VNIVERSIS · PHILIPPVM GAZOLVM · V · C · INTERAMN · NAHART · PRAESIDEM INTEGERRIMVM · ET · FLORENTI · AETATE · MAIORVM SVORVM · LAVDES · SVPERGRESSVM · QVOD · REM PVBLICAM · INTRA · FINES · NOSTROS · VNVS · MAXIME DEFENDERIT · DEFENDAT · IDEMQVE · OTIVM · SECVRITATEM CONCORDIAM · CIVIVM · FOVERIT · FOVEAT
OB · EGREGIA · EIVS · ERGA · SINGVLOS · VNIVERSOSQVE MERITA · IN · SPLENDIDISS · ORDINEM · COOPTARI EAQVE · DE · RE · DECRETVM · CONSCRIBI · ET · IN TABVLAS · PVBLICAS · REFERRI · VTI · DECVRIONVM NVMERO · IN · POSTERVM · HABEATVR · ET · SIT PERROGATIONE · FACTA · CENSVERVNT · OMNES

ACTVM · X · KAL · SEPT ·
AN · M · DCCC · II ·

SEXTVS · AVIDIANVS · SCRIBA · DESCRIPSI · ET . RECOGNOVI

DLVI. (Brixiae)

NONIS · SEPTEMBRIBVS · AN · M · DCCC · XV ·
BRIXIAE · PRAEFECTI . TEMPLO · MAXIMO · EXAEDIFICANDO · IN · CONSILIVM
QVVM · CONVENISSENT · VERBAQVE · FACTA · ESSENT · DE · GRATIA
REFERENDA · V · C · ALOISIO · CAGNOLAE · DE · PATRIA · N · OB · PRAECLARVM
EIVS · INVENTVM · EGREGIE · MERITO · DE · EA · RE · ITA · CENSVERVNT
QVVM · V · C · ALOISIVS · CAGNOLA · DOMO · MEDIOLANO · MAGNVS · ARCHITECTVS
ROGATV · PATRONI · OPTIMI · GABRII · MARIAE · NAVAE · PONT · N · BRIXIAM · AD
THOLI · MOLITIONEM · INVISENDAM · BONVS · AVSPEX · ADVENERIT
IDEMQVE · OPERIS · PERFICIVNDI · EXPEDITAM · RATIONEM · DIAGRAMMATE
PROPOSITO · DEMONSTRARIT · QVAE · MIRO · POPVLI · STVDIO · PROBATA · SIT
PLACERE · VT · GRATIAE · EI · QVAM · AMPLISSIMIS · VERBIS · COLLEGI · NOMINE
AGANTVR · VTIQVE · DECRETVM · N · SAXSO · INSCVLPTVM · AD · MEMORIAM
POSTERORVM · IN · PVBLICO · PROSTET · QVO · ET · SVMMI · VIRI · INGENIVM
ATQVE · HVMANITAS · ET · CIVIVM · CONSENSIO · ANIMIQVE · NOSTRI
GRATA · VOLVNTAS · PERPETVO · COMMENDETVR · CENSVERVNT



DLVII. (Brixiae)

A · DIE · V · KAL · DECEMBRES · AN · M · DCCC · VIII ·
EX · AVCTORITATE
GABRI · MARIAE · NAVAE · PONT · N ·
CLERICI · EXSORTES
STVDIORVM · CAVSSA · IN · VRBE · CONSISTENTES
PRAEFECTO · MORVM · CONSTITVTO
ET · ADIVTORIBVS · EIVS · OMNES · PARENTO
PROFESTIS · DIEBVS · IN · AVLAM · AD · SACRVM
VBI · CONVENERINT · ET · STATIS · ANIMI
EXERCITATIONIBVS · VACARINT
INDE · AD · SCHOLAS · QVISQVE · SVAS
VNO · AGMINE · PROCEDVNTO
AT · DIEBVS · FESTIS · AD · SACRVM · ITEM
SOLLEMNESQVE · PRECES · REDIRE
ADSTARE · ADLOQVVTIONI
PIETATEM · PROFITERI · IVBENTOR

DLVIII. (Romae)

NON · APRILIBVS · AN · M · DCC · LXXXX ·

SODALES · APOSTOLICI · AD · SAXONAS · IN · SCHOLAM · FREQVENTES QVVM · CONVENISSENT · MAGISTRIS · ORDINEM · HABENTIBVS DECRETVM · IN · HAEC · VERBA · PERSCRIBI · PLACVIT

QVOD · D · N · PIVS · VI · PONT · MAX · SODALITATEM · N · QVAE · ORIGINIS VETVSTATE · PROPAGATIONE · NOMINIS · MAGNORVM · PRINCIPVM COOPTATIONIBVS · ANNOS · AMPLIVS · SEXCENTOS · FLORVERAT SENIO · IAM · ET · IACTVRIS · ET · SVMPTIBVS · AD · INTERITVM RVENTEM · PROPITIVS · RESPEXERIT

QVODQVE · IDEM · ROGATV · FRANCISCI · ALBIZI · PRIMICERI · N · OPTIMI · ET · VIGILANTISSIMI · PRAESIDIS · PASSVS · SIT · VT AERI · ALIENO · QVO · PREMEBATVR · DISSOLVENDO · PECVNIA MVTVA · AD · SCVTAT · N · MILLIA · VIII · EX · MENSA · EIVS PVBLICA · SVPPEDITARETVR · EA · LEGE · VT · SVMMAE · PARTE DEDVCTA · REDITVS · HVIVS · ANNVVS · MVTVVM · DENIQVE COMPENSARET

IDEM · ETIAM · LEGIBVS · PROVIDENTISSIMO · CONSILIO · DATIS BENEFICIA · SVA · CVMVLAVERIT · EAQVE · VT · PERPETVA ESSE · POSSENT · EFFECERIT

PLACERE · VT · OB · TANTA · INDVLGENTISSIMI · PRINCIPIS · ERGA SINGVLOS · VNIVERSOSQVE · MERITA · IMMORTALES · EI · GRATIAE SODALITATIS · N · NOMINE · AGANTVR

VTIQVE · DECRETVM · HOC · SAXSO · INCISVM · CONSPECTISSIMO IN · LOCO · FIGATVR · QVO · GRATAE · VOLVNTATIS · MEMORIA AD · POSTEROS · PROROGETVR · CENSVERVNT

SCITA DEMOCRATICA

DLVIIII. (Claris)

MACTE · CIVIS · DVO · QVEIS · PAREAS
DEVM · HABES · ET · LEGEM

DLX.

CIVIS · PAREM · TE · CIVI · NOVERIS
SERVVM · NEMINI

DLXI.

CIVIS · LIBERVM · TE · SCITO
VITIIS · NE · SERVIAS

DLXII.

CIVIS · HOC · FAS · CIVEM
VIRTVTE · SVPERATO

CAPVT VII·

INSCRIPTIONES TEMPORARIAE

§. I·

INSCRIPTIONES RELIGIONIS VOTORVMQVE CAVSSA

DLXIII· (Romae in pronao templi Soc· Ies·)

FRANCISCO · GERONIMEO
FACTIS · VIRTVTIBVS · PRODIGIIS
VENERANDO
POST · CAELESTIVM · HONORES · A · PIO · VII · PONT · MAX ·
DECRETOS · ADTRIBVTOS
SODALES · IESV · ROMAE · PEREGRE · CONSISTENTES
IN · OBSEQVIVM · TANTI · COLLEGAE
DEDICAVERE
SACRA · SOLLEMNIA · LAETI · OBEVNTES
AVSPICI · FAVSTITATIS · SVAE

DLXIIII· (Brixiae)

CIVI · SANCTAE · NOVENSILI
ANGELAE · MERICIAE · VIRGINI
AVCTORI · ET · MAGISTRAE
SODALITATIS · VRSVLANAE
POST · HONORES · CAELESTIVM · A · PIO · VII · PONT · MAX ·
MEMORIAE · EIVS · DECRETOS · ADTRIBVTOS
CVRATORES · AEDIS · AFRIANAE · CVSTODESQVE · SACRATI · CINERIS
PIETATIS · LAETITIAEQVE · PVBLICAE · CAVSSÀ
AD · TRIDVANA · SOLLEMNIA · OBEVNDA
EXORNAVERE
MATRI · PATRIAE

DLXV. (Mediolani)

SOLLEMNIA · IN · TRIDVVM
MARCELLINAE · VIRGINIS · SANCTISSIMAE
RELIQVIIS · EIVS
IN · FRATRIS · BEATISSIMI · TEMPLVM
INLATIS
QVORVM · PRAESIDIVM · CAELESTE
ECCLESIA · MEDIOLANENSIS
IMPLORAT

DLXVI. (in finib. Bergomat.)

SOLLEMNIA · IN · BIDVVM · A · DIE · XIIII · KAL · IVLIAS
OB · SVPPLICATIONEM · KLERI · POPVLIQVE · GVRGVLACENSIS
PRAEEVNTE · RELLIGIOSISSIMO · ANTISTITE · NOSTRO
PAVLLO · DOLFINO · PONTIFICE · BERGOMATIVM
HONORI · PRIMVM · SACRAMENTI · MAXIMI · AVGVSTI
D · N · IESV · STATORIS · REGNORVM
DEINDE · CIVIVM · CAELESTIVM · MEMORIAE
QVORVM · VINDICATAE · RELLIQVIAE
DIFFICILLIMIS · TEMPORIBVS · NVTANTEM · PATRIAM
AB · AEDE · PRINCIPE · TVTATAE · SVNT

DLXVII. (Brixiae)

HIEROMARTYRIBVS
MAGNIS · INVICTISQVE · PATRIAE · SVAE · PROPVGNATORIBVS
FAVSTINO · ET · IOVITAE
QVORVM · PRAESIDIO · IN · MAXIMA · RERVM · CONVERSIONE
TRIDVVM · PRECIBVS · IMPLORATO
TVRBVLENTVS · GALLORVM · DECEDENTIVM · TVMVLTVS · RESEDIT
VICTRICESQVE · AVSTRIADARVM · COPIAE
FAVSTIS · CIVIVM · OMINIBVS · IN · IMPERIVM · SVCCESSERE
CVLTORES · CAELESTIVM · PATRONORVM
VRBE · CONSERVATA · ATQVE · AVCTA · VOTI · COMPOTES
SVPPLICATIONEM · AD · GRATIAS · RITE · AGENDAS · GESTIENTI · POPVLO
IN · DIEM · VI · KAL · IVLIAS · INDIXERVNT

DLXVII. (Brixiae)

HIEROMARTYRI · SANCTISSIMO
IOANNI · NEPOMVCENO
IN · EXEMPLVM · TVTELAMQVE · KLERI · VNIVERSI
DIVINITVS · DATO
SACERDOTES · SODALES · EIVS
QVO · AVSPICE · ET · PATRONO
LAETANTVR
SACRA · SOLLEMNIA · OBEVNTES
DEDICAVERE

DLXVIII. (Claris)

ALOISIO
PATRONO · CAELESTI
IVVENES · CLARENSES
CVLTORES · EIVS
SACRA · SOLLEMNIA · OBEVNTES
DEDICAVERVNT

DLXX. (Brixiae)

PROVIDENTIAE · NVMINIS · AETERNI
ERGA · ECCLESIAM · BRIXIANAM
FESTVS · HIC · DIES · PERPETVO · SACER · ESTO
QVO · DIE · IN · GABRIO · MARIA · NAVA · PONTIFICE
SIBI · DIVINITVS · DATO
PRAESIDIVM · CIVIBVS · FAVSTITATEM · PROVINCIAE
ADVENISSE
LAETABVNDA · PRAESENTIT

DLXXI. (Brixiae)

VOTA · POPVLI · CLARENSIS
AVDI · DEVS · OPTIME · MAXIME · QVANDO · ECCLESIAE · BRIXIANAE
QVOD · IN · OPTATIS · ERAT · PONTIFICEM · PIETATE · LITTERIS · DOCTRINA
EXCVLTVM · GABRIVM · MARIAM · NAVAM · DEDERIS · DONAVERIS · QVEM
AB · IPSA · ADOLESCENTIA · VIRTVS · CLARISSIMIS · MAIORIBVS · DIGNA
RELIGIO · SVMMA · MENS · PLENA · CONSILII · MORES · SVAVISSIMI
ANIMVS · CONSTANS · INVICTVS · REBVS · MAXIMIS · DIFFICILLIMISQVE
NVNQVAM · IMPAREM · FORE · SPONDENT · ADESTO · VOLENS · PROPITIVS
VIRO · PVDENTISSIMO · INTEGERRIMO · VTI · REM · CHRISTIANAM · QVAM
SANCTE · AMPLEXVS · EST · TE · AVCTORE · TE · AVSPICE · MVLTOS · ANNOS
TVEATVR · AVGEAT · AMPLIFICET
VTIQVE · EODEM · MAGISTRO · ATQVE · DVCE · COHORS · SACRA · SACERDOTVM
CERTARE · DISCAT · PRO · DIVINIS · ALERE · PIETATEM · POPVLORVM
AEVVM · PRISTINVM · REDDERE · PATRIAE · CVI · DE · CAELO · PLAVDANT
TVTELARES · III · NOSTRI · MARTYRES · TVI · CVM · AGAPE · SANCTA
FAVSTINVS · ET · IOVITA · CVMQVE · OMNI · CHORO · CAELITVM · BEATORVM
QVICVMQVE · ECCLESIAM · BRIXIANAM · FACTIS · EGREGIIS · EXORNARVNT

DLXXII. (Claris in columnae basi)

DEO · OMNIPOTENTI
VINDICI · SCELERVM
MODERATORI · RERVM · HVMANARVM
CVIVS · NVMINE
MAGNI · IMPERATORES · CLARISSIMIQVE · REGES
IVSTISSIMO · FOEDERE · DEVINCTI
NOTIS · SERVITVTIS
ET · TYRANNIDIS · VESTIGIIS · DELETIS
LEGITIMOS · PER · EVROPAM · REGNARE · PRINCIPES
POPVLOS · LIBEROS · ESSE · IVSSERVNT
CLARENSES · EREXERE
VTI · IN · AETERNAM · MEMORIAM · SANCTA
ATQVE · SACRATA · SIT

DLXXIII. (Brixiae)

PIO · VII · PONTIFICE · MAXIMO
PERCVPIENTI · ITALIAE · DIVINITVS · REDDITO
ECCLESIA · BRIXIANA
SOCIARVM · CIVITATIVM · LAETITIA · GESTIENTIVM
VOLVNTATE · PRIOR
AVCTORI · BONORVM · OMNIVM · DEO
IMMORTALES · GRATIAS
ORDINIBVS · VNIVERSIS · ADCLAMANTIBVS
RITE · AGIT
TOTIVS · CATHOLICI · NOMINIS
RELIGIONI · VOTISQVE · OBSEQVVTA

DLXXIIII. (Claris)

VNIGENAE · DEO · AETERNO
ADSERTORI · CATHOLICI · NOMINIS
PRAECONIVM
AB · ECCLESIA · CLARENSI
ET · GRATIARVM · ACTIO
QVOD · NVMINE · DVCTVQVE · EIVS
PIVS · VII · PONTIFEX · MAXIMVS · E · GALLIIS
AD · SEDEM · HONORIS · SVI · REGRESSVS
AVITAE · POPVLORVM · RELIGIONI · SECVRITATEM
PACEMQVE · PEPERERIT

DLXXV. (Claris ad aedem maximam)

HONORI
MAGNORVM · MARTYRVM
FAVSTINI · ET · IOVITAE
TVTELARIVM
ORDO · ET · POPVLVS · CLARENSIS
PRAESIDIO · IN · EXVVIIS · EORVM · AVCTO
SACRA · SOLLEMNIA · OBEVNTES
MERITO · EXORNAVERVNT

DLXXVI. (Brixiae)

HIEROMARTYRIBVS · MAGNIS · SALVTARIBVS
FAVSTINO · ET · IOVITAE
QVORVM · ELATAE · RELIQVIAE · SVBSISTENTE · POMPA
HEIC · SANGVINE · MANARVNT
SODALES · EORVM · SACRIS · SOLEMNIBVS · SVPPLICANTES
VTI · SIBI · ET · PATRIAE · PRAESTITES · PROPITIIQVE · SIENT
AVITAM · AEDEM · PRODIGII · TESTEM
ET · CAELESTIS · PATROCINII · MONVMENTVM · EXORNAVERE

DLXXVII. (Tibure)

MARIAE · SANCTAE
VIRGINI · GENETRICI · DEI
CVSTODI · IVVENTVTIS ·
PRAESTITI · STVDIORVM
CVIVS · MVNERE
RATIONIS · ADYTA · ET · NATVRAE · ARCANA
HVMANIS · MENTIBVS
FELICIVS · PATENT
HONORIS · PIETATISQVE · CAVSSA
SACER · ESTO · HIC · LIBELLVS
CVM · DISPVTATIONE
QVAM · AVSPICE · PATRONA · OPTIMA
INSTITVIT
DE · PHILOSOPHIA · VNIVERSA
GENEROSVS · IAC · F · IVSTINVS
EMPVLITANVS
CONVICTOR · ALVMNOR ·
SANCTAE · ECCLESIAE · TIBVRTIVM
CONSERVATVS · AVCTVS
OMNI · INDVLGENTIA
ET · BENIGNITATE
EIVS

DLXXVIII. (Brixiae)

DEO · NOSTRO · VNIGENAE · EX · TARTAREA · POTESTATE · TRIVMPHANTI
CVIVS · NVTV · ATQVE · CONSILIO · AD · PRECES · CAELESTIVM
PIVS · VII · PONTIFEX · MAXIMVS · POST · VIOLENTOS · AERVMNARVM · IMPETVS
IMMINVTAE · MAIESTATIS · AMPLITVDINE · AVCTA
SENATVS · AVGVSTVS · PATRVM · PVRPVRATORVM
DIGNITATIS · PRISTINAE · SPLENDORE · RECIPERATO
RELIGIOSISSIMI · ANTISTITES · PROCERESQVE · CHRISTIANI · NOMINIS
EREPTI · HONORIS · SEDIBVS · POSTLIMINIO · VINDICATIS
CATHOLICVM · ORBEM · EXSILIORVM · ACERBITATE · MOERENTEM
VICTORES · EREXERINT · REDVCES · EXHILARARINT
ECCLESIA · BRIXIANA · CVM · PONTIFICE · SVO
ET · CLERO · VNIVERSO
PERFVSA · GAVDIO · IMMORTALES · GRATIAS · AGIT
CVSTODI · ET · VINDICI · AETERNO · FAMILIAE · SVAE

§. II.

INSCRIPTIONES AD FESTOS APPARATVS ATQVE POMPAS

DLXXVIIII. (Claris)

DOMINAE · NOSTRAE
SANCTAE · GENETRICI · DEI · MARIAE
SIDERIBVS · RECEPTAE
CVRIA · TERTIA · SACRIS · SOLLEMNIBVS
OPERATA · DEDICABAT

DLXXX. (ibidem)

MICHAELI
INVICTO · BELLIPOTENTI
PRINCIPI · CAELESTIVM
CVRIA · TERTIA · POPVLO · BIFARIAM · SVPPLICANTE
HONORES · ITERAT
IMPLORATISQVE · PRECIBVS · VOTA · SOLVIT

DLXXXI. (ibidem)

PHILIPPO · BETHSAIDEO · IACOBO · ADELPHOTHEO
MAGNIS · APOSTOLIS
CAELESTIBVS · PATRONIS · CVRIAE · TERTIAE
VICINIA · VNIVERSA
SACRIS · ANNIVERSARIIS · HONOREM · HABET

DLXXXII. (ibidem)

BLASIO · HIEROMARTYRI · SANCTISSIMO
CVRIA · TERTIA
VINDICI · ARTIVM · SALVTARIVM
VTI · POPVLO · VNIVERSO · PROPITIVS · SIT

DLXXXIII. (pro urbe Roma)

D · N · PIO · VII · PONTIFICI · MAXIMO
QVEM · E · GALLIIS · DIGNITATE · VIRTVTIBVS · AVCTA · REDVCEM
PAX · LAETITIA · SECVRITAS · COPIA · COMITATAE
QVINQVENNALIS · SERVITVTIS · ACERBITATES · DELEVERVNT
SENATVS · POPVLVSQVE · ROMANVS
LIBERATORI · PATRIAE · VINDICI · RELIGIONIS

DLXXXIIII. (in finib. Brix.)

DEO · CONSERVATORI · ET · VINDICI
ECCLESIAE · SVAE
QVOD · NVMINE · EIVS · HOSTE · PROFLIGATO
ET · PACE · CATHOLICO · ORBI · REDDITA
PIVS · VII · PONT · MAX ·
INSIGNIA · ROMANAE · MAIESTATIS
IMMORTALI · GLORIA · RECEPIT
COLLEGIVM · IYVENVM · CASTRICIANORVM
GRATIAS · AGENTES · SACRAVERE

DLXXXV. (Brixiae frustra)

VIII · IDVS · APRILES
FAVSTISSIMO · DIERVM · ANNI · M · DCCC · XV ·
OB · ADVENTVM
PII · VII · PONTIFICIS . MAXIMI
BRIXIA · MEMOR · AVITAE · RELIGIONIS
PRAEEVNTE · EPISCOPO · SVO · EFFVSA · OBVIAM
OMNIBVS · LAETITIIS · PLAVDEBAT
FORTISSIMO · PRINCIPVM
PATRI · ET · MAGISTRO · CATHOLICI · NOMINIS

DLXXXVI. (Velitris in pegmate)

STEPHANO · BORGIAE
CIVI · CLARISSIMO
INTER · PATRES · CARDINALES · ADLECTO
CIVITAS · VELITERNA
QVAE · ORBI · ROMANO · RECTOREM
AVGVSTVM · DEDIT
NOVO · HONORE · LAETA
OPTIME · DE · SE · MERITO
DEDICAVIT

DLXXXVII. (Tibure in porta)

OB · ADVENTVM
SAPIENTISSIMI · PONTIFICIS
VINCENTII · MANNI
PARENTIS · PVBLICI
ORDO · ET · POPVLVS
TIBVRTIVM
HONORIS · ET · LAETITIAE
CAVSSA

DLXXXVIII. (Brixiae)

MOLIMENTO · TANTORVM · OPERVM
QVAE · IVSSV · AVSPICIOQVE · OPTIMI · PRINCIPIS
BRIXIANA · PIETAS · VRGET
GABRIO · MARIA · NAVA · PONTIFICE
IN · SEDEM · HONORIS · SVI
CIVITATE · VNIVERSA · ADCLAMANTE · RECEPTO
PRAEFECTI · TEMPLO · PERFICIVNDO
FAVTOREM · SIBI · ADIVTOREM · DVCEM
OBLATVM · AGNOSCVNT · LAETANTVR

DLXXXVIIII. (Tibure ob disputationem)

QVOD · FELIX · FAVSTVMQVE · SIT
HONORIS · OFFICIIQVE · CAVSSA
GREGORIO · SCIP · F · CLARAMONTIO
EX · DECVRIONIBVS · CAESENATIVM
PONTIFICI · TIBVRTIVM
ADLECTO · INTER · ANTISTITES · DOMVS · PONT · MAX ·
ADSTATORI · AD · SOLIVM
CVIVS · OPE · CONSILIOQVE
INGENIA · CIVIVM · VIGENT
LITTERAE · ATQVE · ARTES · IN · SPEM · VETERIS
GLORIAE · FLORESCVNT
IACOBVS · ALOIS · DEC · F · LOLLIVS
IN · CONSESSV · SPLENDIDISSIMI · ORDINIS
AD · EXPERIMENTA · PHYSICAE · LOGICAEQVE
DOCTRINAE · PVBLICANDA
LECTAS · SOPHORVM · SENTENTIAS
CORAM · PRAESENTI · PRAESENS · OBFERT
SEQVE · DEDICAT
OPTIMO · PATRONO

DLXXXX. (Vico Martino prope Viterb.)

LAETITIAE · PVBLICAE
OB · REDITVM · FAVSTVM · FELICEM
IOSEPHI · IOAN · ANDR · F · DORIAE · CARDINALIS
SPLENDIDISSIMIS · LEGATIONIBVS · SANCTE · PERFVNCTI
ET · AD · OPTATISSIMI · DIEI · CELEBRITATEM · QVO
ANTONIVS · FRATER · ET · COLLEGA · EIVS
INSIGNIA · HONORIS · VIRTVTE · PARTI
RITE · IMPONERET
VICANI · MARTINIENSES
PERMISSV · ANDREAE · DORIAE · PATRONI · N ·
OPTIMI · ET · INDVLGENTISSIMI
TEMPLVM · FESTO · CVLTV · EXORNAVIMVS

DLXXXXI. (Vico Martino prope Viterb.)

SEROS · DENIQVE · POST · ANNOS
HISPANIS · REDVX · GALLICISQVE · REGNIS
ADEST · IOSEPHVS · MAIOR · IAM · ET · PVLCRIOR
GAVDE · RECEPTO · FRATRE
O · PATER · O · PRINCEPS · BEATAE · DOMVS
HONORE · GAVDE · MEDIVS · DVPLICATO · FRATRVM
ILLE · REGVM · MAXIMORVM
ISTE · MAXIMI · PONTIFICIS
REFERT · PRAECONIA · DOMVM

DLXXXXII. (ibidem)

FESTA · QVOD · POSCIT · LVX · EN · CHOROS · DVCIMVS
LONGAEVIS · MIXTA · PATRIBVS · IVVENTVS
ET · LAETA · EVENTV · BONIS · PLAVDIMVS · DOMINIS
FRATERNO · IVNXIT · QVOS · FOEDERE · CARITAS
VNVMQVE · MERITOS · SIMVL · INSIGNIVIT · DECVS
ECCE · DVO · VELVT · SIDERA
FAVSTIS · PRODEVNT · OMINIBVS
ET · SPERARE · DOMINOS
MAIORVM · SIMILES · IVBENT

DLXXXXIII. (ibidem)

O · MATER · PATRIAE · DOMINIQVE · NOSTRI
ALMA · O · CONIVX · SVPERIS · GRATISSIMA
TV · VOTIS · VIVE · NOSTRIS
VIVE · OPEM · MVLTIS · ADLATVRA · CLIENTIBVS
CLARAEQVE · PROLIS · CIRCVM · QVAE · LVDIT · INNOCENS
AVITIS · IMBVE · STVDIIS · PECTORA
ILLA · PARENTES · REFERAT
ILLA · PATRVOS · DIV · SVPERSTITES
AEQVET · HONORE · ET · LAVDE

DLXXXXIIII. (Vico Martino prope Viterb.)

AT · O · CAELITES · SANCTISSIMI
VOS · QVORVM · OMNIS · IN · TVTELA · EST · PAGVS
ADESTE · BONI · VOTIS · ADNVITE · PVBLICIS
VOS · PROPITII · VOLENTES
PAR · FRATRVM · HOC · EGREGIVM
OPTIMIQVE · DOMVM · PRINCIPIS
AVGETE · NOVIS · VSQVE · ET · VSQVE · BENEFICIIS
NOVIS · VT · ILLI · CVMVLANT
ALTARIA · VESTRA · DONIS

DLXXXXV. (Iguvii ad portam)

AGE · O · PATER · ET · PATRONE
FESTVS · HIC · CLIENTIVM · CHORVS
TIBI · PLAVDIT · TIBI · LAETVS · PRODIT · OBVIAM
MAGNE · HENRICE · CARDINALIS
REGVM · INCLYTA · PROGENIES
AGE · VRBI · BENE · MERITVS
HODIE · IN · TVTELAM · QVAE · SE · TRADIT · TVAM
TVAE · FIDEI · TVAE · VIRTVTI · COMMENDATA
LIBENS · TANDEM · ET · PROPITIVS · SVCCEDE
TV · IAM · DECVS
TV · PRAESIDIVM · ERIS
ORDINIS · ET · POPVLI · IGVVINI

DLXXXXVI. (Palatioli ad Ollium in fornice)

VIIII · KAL · MAIAS · AN · M · DCCIC ·
OB · ADVENTVM
EXERCITVS · AVGVSTI
TYRANNIDE · DEPVLSA · LIBERTATE · PARTA
RELIGIONE · SERVATA

DLXXXXVII. (Brixiae)

DEO · OPTIMO · MAXIMO
CVIVS · NVMINE · ECCLESIA · CATHOLICA
ORNATVR · ET · REGITVR
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΑ
CVRIAE · AGATHIANAE
QVOD · PIVS · VII · PONT · MAX · VIRTVTIS · DOCTRINAEQ ·
IVDEX · IDEM · ET · FAVTOR · PROVIDENTISSIMVS
CVRIALEM · CIVEM
MICH · ANGELVM · LVCHIVM
ORDINIS · SANCTISSIMI · INSTITVTIS · EXCVLTVM
ET · SVMMA · LITTERARVM · GLORIA · FLORENTEM
MAXIMA · BRIXIANORVM · OMNIVM · LAETITIA
IN · AMPLISSIMVM · PATRVM . CARDINALIVM · COLLEGIVM
ADLEGERIT

DLXXXXVIII. (Tibure in arcu)

OB · ITVM · REDITVMQVE
FAVSTVM · FELICEM
D · N · PII · VI · PONT · MAX ·
TIBVRTES · DEDICAVIMVS
HILARES · LAETIQVE · OPTATISSIMO · ADSPECTV
OPTIMI · ET · INDVLGENTISSIMI
PRINCIPIS

DLXXXXVIIII. (in agro Sublaquei)

ADVENTVI
D · N · PII · VI · PONT · MAX ·
CVIVS · ACCESSV · EXPECTATISSIMO · AGRI · CIRCVM · LAETITIA · GESTIVNT
VICANI · VICORVM · XV · SVBLAQVEENSIVM
OBVIAM · PRINCIPEM · OPTIMVM · PARENTEM · PROVIDENTISSIMVM
ADCLAMANTES
IN · LIMITE · FINIVM · SVORVM · CONSTITVERVNT

DC. (Claris in fronte templi)

PIO · SEPTIMO · PONTIFICE · MAXIMO
SECVNDVM · CHRISTIANI · ORBIS · OPTATA
IN · SPEM · AVSPICIVMQVE · BEATISSIMI · SAECVLI
DIVINITVS · OBLATO · DATOQVE
ECCLESIA · CLARENSIS
PRAEPOSITO · EIVS · ET · COLLEGIO · PATRVM · CANONICORVM
PRAEEVNTIBVS
OMNIPOTENTI · DEO
SOSPITATORI · CATHOLICI · NOMINIS
PRO · IMMORTALI · BENEFICIO
LIBENS · MERITO · VOTA · SOLVIT



DCI. (Arsuli in arcu)

PIO · VI · PONTIFICI · MAXIMO
SVBLAQVEVM · RELIGIONIS · CAVSSA · PROFICISCENTI
ARSVLITANI · ET · AEQVICOLAE · VNIVERSI
ADVENTV · EIVS · ADSPECTVQVE · OPTATISSIMO
ALACRES · LAETIQVE · PLAVDIMVS · PARENTI · PVBLICO

DCII.

PIO · VI · PONTIFICI · MAXIMO
OPTIMO · ET · INDVLGENTISSIMO · PRINCIPI
OB · ITVM · REDITVMQVE · FAVSTVM · FELICEM
CAMILLVS · MAXIMVS · DOMIN · ARSVLIT · DICAVIT
DEVOTVS · SANCTITATI · MAIESTATIQVE · EIVS

(sub anaglyphis)

DCIII.

PORTORII · ACERBITATE
SVBLATA

DCIIII.

TEMPLO · MAXIMO
SVBLAQVEI · DEDICATO

DCV.

MINISTERIO
PRINCIPIS · APOSTOLORVM

DCVI.

VIA · SVBLAQVEENSI · IN
CONSVLARIVM · FORMAM · RESTITVTA

DCVII.

THOMA · CORANO · CAELITVM
BEATORVM · HONORIBVS · AVCTO

DCVIII.

SVBSIDIO
PVELLARIS · INDVSTRIAE

DCVIIII. (Brixiae)

HONORI · ET · VIRTVTI
IOSEPHI · CHIARAMONTI
POST · EXANTLATOS · IN · VOLTENSIVM · CVRA
ADSIDVOS · LABORES
VETEREM · PRAEPOSITI · LOCVM · ET · DIGNITATEM
DEO · AVSPICE · PRIMITVS · RECIPIENTIS
NEOCORI · ALEXANDRIANI
VOLVNTATEM · PVBLICAM · LAETI · LIBENTES · PROSEQVVTI
CVRIALE · TEMPLVM
FESTO · CVLTV · EXORNANDVM · CVRAVERE

DCX. (ibid. ad templ. max.)

SVCCEDE · AVGVSTE
IVSTITIAE · VINDEX · AMOR · POPVLORVM
HEIC · TE · MANET · QVI · STATOR · REGNORVM · FVIT
REX · REGVM · CHRISTVS
QVOIVS · NVMINE · PRAESENTISSIMO
FAVTORES · RERVM · NOVARVM · A · TE · PERCVLSOS
PERDVELLIVM · EXERCITVS · FVSOS · CAPTOS
IN · DEDITIONEM · ACCEPTOS
PACEM · ET · SECVRITATEM · PVBLICAM
ITALIAE · EVROPAEQVE · REDDITAM · ESSE
CVRATORES · TEMPLO · PERFICIVNDO
CVM · CIVITATE · VNIVERSA · GRATVLATI
FAVSTA · OMNIA · TIBI · ET · CONIVGI · AVGVSTAE
LIBERISQVE · BEATISSIMIS · ADPRECANTVR

DCXI. (ibid.)

ALOISIO · CAELESTI · PATRONO
TVTORI · FAVSTISSIMO
EPHEBORVM · IN · SPEM · ECCLESIAE · ADOLESCENTIVM
SODALES · ADLECTI · SACRA · SOLLEMNIA · OBEVNTES
VNO · ANIMO
ADCLAMABANT · PLAVDEBANT

DCXII. (Brixiae)

IVLIO · MENSE
QVI · DIES · ALTER · DOMINICVS · FVERIT
QVOTANNIS · SOLEMNIA · SVNTO
CAELESTIS · PATRONI · N · ALOISII · GONZAGAE
·QVEMADMODVM · HONORI · EIVS · LAETI · LIBENTES
AB · EXORDIO · SODALITATIS
DEDICAVIMVS



DCXIII. (Patavii frustra)

D · N · IMP · CAES · FRANCISCO · LEOP · AVG · F · AVG ·
REGNVM · SVVM · PACE · ITALIAE · EVROPAEQ · PARTA · INVISENTI
CVIVS · AVSPICIO · DISCIPLINAE · OMNES
ET · LIBERALES · ARTES · FAVSTIS · INCREMENTIS
EFFLORESCVNT
DOCTORES · LYCEI · MAGNI · CVM · AVDITORIBVS · VNIVERSIS
PVBLICAE · LAETITIAE · CAVSSA · EXORNAVERE

§. III·

INSCRIPTIONES FVNERVM PVBLICORVM

(pro pompa funebri Pii VI·)

DCXIIII· (Romae in porta Flaminia)

AGITE · OBVIAM · FREQVENTES
VNDIQVE · OCCVRRITE · IN · FLAMINIAM
QVIRITES
REDDITVM · VRBI · CORPVS
PII · VI · PONT · MAX ·
EFFERTVR
E · GALLIAE · FINIBVS
VOS · REDVCI · PACEM · AETERNAM
PRECAMINI · PARENTI · PVBLICO
MISCENTES · GAVDIA · FLETIBVS

DCXV· (ibid· in Vaticano)

REDI · SENECTA · BENE · CONDITA
O · PATER · ALME · CARO · SVCCEDE · TEMPLO
QVOD · ORNATV · GAVDET · TVO
PIO · GAVDE · IPSE · SVCCESSORE
QVEM · DEVS · OPTIMVS · MAXIMVS
SIMILEM · TVI · VOLENS · PROPITIVS
ORBI · CATHOLICO · RECTOREM · DEDIT
MONVMENTVM · CORPORI · AD · QVIETEM
PARANT · SORORIS · FILII
ANIMAE · SANCTISSIMAE · PALMAM · EMERITAE
SEDEM · BEATAM · ET · HONORES · MAXIMOS
CAELESTES · TRIBVERVNT

DCXVI. (Romae in area Marciana)

PIVS · MAIOR · SE · IPSO · ROMAM · REVISIT
QVEM · NEC · CALAMITAS · VICIT
NEC · MORS · PEREMIT
VIVET · VIVET · IN · ANIMIS · QVIRITIVM
MENS · PRINCIPIS · OPTIMI
VIRTVS · IN · ADVERSIS · DIGNA
PONTIFICE · MAXIMO
DIGNA · PIO

DCXVII. (Brixiae in templi sacrario)

CIVES · HOSPITESVE
QVEIS · ADITVM · VIRTVS · AD · ARAS · DEDIT
VOS · HODIE · SACRVM · PII · VOLENTES · FACITE
EAM · VLTRO · OPEM · DEBETIS · MERITO
FORTISSIMIS · MILITIBVS
MAGNAE · ANIMAE · PRODIGIS
PER · QVOS · PVBLICA · RES · STETIT · RELIGIO · VIGET
MANSVRA · AVSPICIIS
IMP · CAES · FRANCISCI · LEOP · AVG · F · AVG ·
DOMINI · INDVLGENTISSIMI
DEVS · QVEM · FOVEAT · SOSPITETQVE

DCXVIII. (in templi pronao)

A ☧ Ω

DVCTORIBVS · ORDINVM · MILITIBVSQVE
LEGIONVM · AVGVSTARVM
QVORVM · SANGVINE · ET · VITA
ITALIA · REVIXIT
ET · PATRIA · AB · INTERITV · REVOCATA · EST
SODALES · SANCTI · IOSEPHI
SVPREMIS · OFFICIIS · PACEM · ADPRECANTVR

DCXVIIII. (Brixiae in templo maximo)

PIIS · MANIBVS
AMISSORVM · CIVIVM
QVORVM · CORPORA · IN · CEPOTAPHIO · COMMVNI
POTIORIS · VITAE · TEMPVS · EXPECTANT
ORDO · ET · POPVLVS · BRIXIANVS
SVPPLICATIONE · INDICTA
PACEM · AETERNAM · A · DEO · OPTIMO · MAXIMO
ADPRECATVR

DCXX.

CHRISTE · AVCTOR · RELIGIONIS
A · QVO · OMNIS · AVCTORITAS · SACRI · ORDINIS
SACERDOTIO · TVO
VITAQVE · SANCTE · DEFVNCTIS
BONVS · INDVLGE
ET · ANXIFERVM · LIBERATORIS · SVI · DESIDERIVM
RITE · INFERIIS · CIVIVM · PLACATVS
REQVIETE · AETERNA · RELAXA

DCXXI.

REX · OMNIVM · ET · PATER · DEVS
PROCERIBVS · NOSTRIS · MODERATORIBVS · R · P ·
AEQVI · SERVANTISSIMIS
ATQVE · ADMINISTRIS · EORVM
QVOS · INCORRVPTA · FIDES · ET · IVSTITIAE
AMOR · CLARAVIT
PROPITIVS · IGNIS · POENA · LIBERATIS
ADITVM · AD · REGNVM · APERIAS

DCXXII. (Brixiae in templo maximo)

FONS · ALMAE · SAPIENTIAE · DEVS
AVCTORIBVS · STVDIORVM · OPTIMORVM
CVLTORIBVSQVE · ARTIVM · BONARVM
QVORVM · CVRA · DOCTRINAQVE
IVVENTVS · RECTE · INSTITVTA
PATRIA · VIRTVTE · ATQVE · HONORE · AVCTA
AEVI · SEMPITERNI · BEATITATEM
PROPERATAM · DIVINITVS · IMPARTITOR

DCXXIII.

ARBITER · HOMINVM · ET · SERVATOR · DEVS
DVCTORIBVS · ORDINVM · MILITIBVSQVE
QVOS · ADHVC · FLAMMA · EXPIATRIX · DETINET
NVMINE · TVO · MATVRIVS · PLACATO
FAVSTVS · A · TE · NVNCIVS · OCCVRRAT
ET · DEPVLSA · NOCTE
CAELESTIS · VITAE · LVX · SVAVISSIMA
ADFVLGEAT

DCXXIIII.

VINDEX · ADMISSORVM · DEVS
LOCVPLETES · IDEM · ET · EGENOS
QVOS · NVLLO · DISCRIMINE · MORS · EXAEQVAVIT
MISERATVS · RESPICE
BONASQVE · PRECES · PRECANTIVM · CAVSSA
FACITO · PROMISSA · BENE · MERENTIBVS
VTI · GAVDIA · ANTEVORTANT
REMISSA · POENA

DCXXV. (Brixiae in templo maximo)

SOLATOR · OMNIVM · DEVS
TV · NEGOTIATORIBVS · TV · OPIFICIBVS
QVOS · OTII · OSORES · MENS · BONA · ADDIXIT · OPERAE
FEMINIS · QVOQVE · PIENTISSIMIS
LABORVM · PATIENTIBVS
QVAE · LABE · VANESCENTE · CAELVM · SPECTANT
OPTATA · QVIES · CAELESTIVM
TVO · DE · MVNERE · OBVENIAT

DCXXVI. (in agro Cremon.)

FORTISSIMIS · MILITIBVS
MAGNAE · ANIMAE · PRODIGIS
QVI · AVSPICIA · SEQVVTI
IMP · CAES · FRANCISCI · LEOP · AVG · F · AVG ·
PRAELIORVM · MAXIMORVM · VICTORES
PRO · RELIGIONE · ET · LIBERTATE · ITALIAE
BELLO · GALLICO · IN · ACIE · OCCVBVERVNT
MVNICIPES · CALTIANENSES
IN · VICTORIS · MARTYRIS · TVTELA · CONSTITVTI
EX · MVNIFICENTIA
IOAN · ANTONII · KAR · F · SECCHI · ARAGONI · MARCH ·
PARENTANDI · CAVSSA

DCXXVII. (Brixiae)

☧ PRO · PIIS · MANIBVS ☧
TRIBVNORVM · CENTVRIONVM · MILITVM
QVOS · INFAVSTIS · ARMIS · PROCVL · A · PATRIA · PVGNANTES
VIS · DECENNALIS · BELLI · ABSVMPSIT · IMMERITOS
EXTORRESQVE · DOMO · NVLLIS · DEFLETOS · LACRIMIS
TERRA · ALIENA · TVMVLAVIT
SVPPLICATIO · AD · EXPIATIONEM · ADMISSORVM
MISERICORDIAE · PIETATISQVE · CAVSSA
IN · TRIDVVM · A · BRIXIANIS · CIVIBVS · INDICTA · ESTO
VTI · PLACATO · NVMINE · CAELESTIBVS · ADNVMERENTVR

DCXXVIII. (Brixiae)

PIIS · MANIBVS
SODALIVM · NEPOMVCENIANORVM
QVOS · PVRGATORIVS · IGNIS
SIDERIBVS · INSERENDOS · EMVNDAT
SVPERSTITES · PACEM · CAELESTEM · ADPRECATI
SACRVM · ANNIVERSARIVM
EXPIATIONIS · CAVSSA · FACIMVS
PAR · OFFICIVM · A · POSTERIS
PRAESTOLANTES

DCXXVIIII. (ibidem)

SODALITATI · CAELESTIS · PATRONI
IOANNIS · NEPOMVCENI
NOMEN · QVICVMQVE · DEDIMVS
HODIE · OFFICII · NOSTRI · ESTO
VTI · AD · ALTARE · SACRIS · OPERANTES
FVNCTIS · VITA · SODALIBVS
OPEM · A · DEO · RITE · IMPLOREMVS
ILLI · PIA · PRECE · RECREATI
INQVE · AETERNAM · BEATITATEM
RECEPTI
VICEM · BONI · REPENDENT

DCXXX. (ibidem)

PIIS · MANIBVS
MVNIFICORVM · CIVIVM
QVORVM · RELIGIONE · ET · LIBERALITATE
HONORI
SANCTAE · GENETRICIS · DEI
AVGVSTA · IMMENSI · OPERIS · MOLES
MAGNIS · INCREMENTIS · AVCTA
EDVCITVR · AD · FASTIGIVM
IVSTA · ANNIVERSARIA
EX · DECRETO · CVRATORVM · PVBLICORVM

DCXXXI. (Romae pro exeq.)

QVIETI · AETERNAE

DCXXXII.

RVFINAE
POMP · F · BATTONIAE
VIRGINI · RARISSIMAE
FAMILIARES · DOMVS · EIVS
ΠΑΣΗΣ · ΜΟΥΣΙΚΗΣ · ΜΕΤΕΧΟΥΣΗ

DCXXXIII.

AVE · ANIMA · PIENTISSIMA
ET · VALE · IN · PACE · ☧

DCXXXIIII. (Claris)

NVMINI · AETERNO
ERGA · PIOS · MANES · AMISSORVM · FRATRVM
PLACANDO
IVSTA · ANNIVERSARIA · IN · OCTAVVM · DIEM
EX · STIPE
QVAM · POPVLVS · CONTVLIT

DCXXXV. (ibidem ad aedem Marianam)

SANCTIS · MANIBVS
DEFVNCTORVM · CIVIVM
ADMISSA · SVA · PVRGATORIO · IGNE · EXPIANTIBVS
CLARENSES
PIETATIS · ERGO · PARENTANTES
TRIDVANIS · SACRIS · ET · FESTA · SVPPLICATIONE
PACEM · AEVI · BEATI · ADPRECANTVR

DCXXXVI. (Claris ad rogum)

VALETE · SANCTI · CONVBII · MEMORES
VIRI · NVPER · VXORESVE
VOBIS · A · DEO · SVPPLICES · QVIETEM
SVPERSTITES · AETERNAM
APVD · CAELESTES · REVISVRI
PETIMVS

DCXXXVII.

VALETE · DEO · PROPITIO
O · DESIDERIVM · NOSTRVM
VALETE · CAELO · DEBITI
CVM · AVIS · ET · MAIORIBVS
PARENTES · CARISSIMI
IN · PACE · ☧

DCXXXVIII.

VALETE · O · NOSTRI · SPES · GENERIS
NEPOTES
VOSQVE · DVLCES · LIBERI
CONTRA · VOTVM · PRAEREPTI
VOTIS · IN · CAELVM · NOSTRIS
ADVOLATE

DCXXXVIIII.

VALE · OMNIS · COGNATIO
PII · VALETE · MVNICIPES
QVOS · RELIGIO · IVNXIT · VNA
PATRIA · OMNES · VNA · SOCIABIT

DCXXXX. (Modoetiae)

HONORI · ET . VIRTVTI
KAR · ANTONI · CACCIALVPI
DOMO · TICINO
MAGISTRI · PIETATIS
PARENTALIA
COLLEGI · MODOETIENSIS

DCXXXXI.

MODERATORI · ANIMORVM
CVI · MAGNA · IN · OMNES · PROMERITA
PER · ANNOS · XXVI ·
CAELESTEM · PATRIAM · PEPERERE
ALVMNI · VNIVERSI
QVOS · AD · VIRTVTEM · INSTITVIT
SALVE · ET · VALE · ADCLAMANT

DCXXXXII.

FAVTORI · ARTIVM · BONARVM
QVI · PRAESTANS · INGENIO
DOCTRINA · CLARVS
IDEMQVE · CONSILIO · POTENS
DISCIPLINAS · OMNES · FOVIT · AVXIT
AMATORES · LITTERARVM
IVSTA · MOERENTES · SOLVVNT

DCXXXXIII.

CVLTORI · RELIGIONIS
QVOIVS · VITAM · PERPETVO
INTEGRITAS · ET · INNOCENTIA · ORNARVNT
CAELICOLAE · OBVIAM · OCCVRRENTES
VICTOREM · INVITANT
ET · CONSORTI · PLAVDENT
AETERNAE · BEATITATIS

DCXXXXIIII.

SOLATORI · MISERORVM
VNVS · QVI · MVLTIS · VIXIT
ET · MVNIFICVS · ERGA · EGENOS
AFFLICTO · ET · IACENTI · PORREXIT · DEXTERAM
SEVERVS · SIBI · ALIIS · INDVLGENS
BONI · OMNES · BENE · MERENTI
PACEM · ADPRECANTVR



DCXXXXV. (Claris)

PIIS · MORTALIBVS · AD · SEBASTIANEVM · SEPVLTIS
VICINIA · VNIVERSA
PERPETVAM · PACEM · RITE · ADPRECATA
SACRIS · ANNIVERSARIIS · PERLITABAT

DCXXXXVI. (Bergomi)

MEMORIAE
IOANNIS · BAPTISTAE · CONTI
CVRIONIS · OPTIMI · DESIDERATISSIMI
PARENTALIA
VNIVERSAE · CVRIAE

DCXXXXVII.

VINDICI · RELIGIONIS
SACRORVM · DIGNITATE · SERVATA
TEMPLIS · AMPLIORE · CVLTV
ET · OMNI · INSTRVMENTO
EXORNATIS · AVCTIS

DCXXXXVIII.

AVCTORI · PIETATIS
BELLO · VITIIS · INDICTO
DISCIPLINAE · VETERIS
STVDIO · REVOCATO
ANIMIS · AD · VIRTVTEM · ADDVCTIS

DCXXXXVIIII.

ALTORI · PLEBIS
MISERORVM · INOPIA · LEVATA
LANGVENTIVM · CVRA
ET · PVPILLI · VIDVAEQVE · TVTELA
SVSCEPTA

DCL.

MAGISTRO · SANCTIMONIAE
DIVINI · NVTVS · SOLATIO
PRAEOPTATO
CIVIVM · PLAVSV · CONTEMPTO
HONORIBVS · REPVDIATIS

DCLI. (Brixiae)

ADESTOTE · CIVES · EX · OMNI · ORDINE
HODIE · PARENTALIA · SVNT · CIVIS · CLARISSIMI
VINCENTI · MARIAE · GIRELLI
COGNITORIS · IVDICIORVM · PVBLICORVM
QVEM · AEQVI · OBSERVANTISSIMVM
ET · MVNERIBVS · HONORIBVSQ · GESTIS · INSIGNEM
HEV · NOBIS · INOPINA · MORS · RAPVIT
PII · VOLENTES · BENE · DE · PATRIA · MERITVM
IVVATE · DEO · SVPPLICANTES
ANIMAEQVE · MAGNAE · PACEM · APVD · SVPEROS
PERPETVAM · ADPRECAMINI

DCLII. (Brixiae)

PIIS · MANIBVS
CAROR VM · SODALIVM
QVOS · IN · MEDIO · STVDIORVM · CVRRICVLO
ET · PRIMO · AETATIS · FLORE
INOPINA · MORS · RAPVIT
CLERICI · EXSORTES · IN · VRBE · CONSISTENTES
ANNIVERSARIIS · EXSEQVIIS
PACEM · ADPRECANTVR

DCLIII.

O · QVEIS · VITA · OBTIGIT · BREVIS
FELICES · QVI · LONGA · VITAE · MALA
NON · SENSISTIS
SVPPETIAE · VOBIS · SVNT · HODIE
CAELESTEM · IN · PATRIAM · PROPERATE

DCLIIII.

AT · SIDERIBVS · RECEPTI
AEVOQVE · BEATISSIMO · FRVENTES
RESPICITE · DEORSVM
ET · SODALIVM · MISERATI · VICEM
FERTE · OPEM · IMPLORANTIBVS

DCLV.

NEC · VOBIS · EXCIDAT · MEMORIA
QVEM · HEIC · PARENTEM · OPTIMVM
EXPERTI · CELEBRASTIS
PONTIFEX · PIVS · MISERICORS
AVCTOR · SOLATII · VESTRI

DCLVI. (Brixiae)

PIIS · MANIBVS
MARIAE · ALOISIAE · AVGVSTAE
PARENTALIA · KLERI · POPVLIQ · BRIXIANI
VTI · AMISSAE · DOMINAE · PIENTISSIMAE
EXORATA · PAX · ET · VITA · CAELESTIVM
LAETISSIMA · ADFVLGEAT

DCLVII.

VIRTVS · HAEC · FVIT · AVGVSTAE · NOSTRAE
VIXISSE · CAELO
VOTIS · PLACASSE · NVMEN
FINE · BELLORVM · IMPETRATO

DCLVIII.

LAVS · HAEC · AVGVSTAE · NOSTRAE
DISCORDES · CONCILIASSE · ANIMOS
SOLATIVM · ADFLICTO · NEGASSE · NEMINI
PRAESENTEM · MISERIS · OPEM · ADTVLISSE

DCLVIIII.

GLORIA · HAEC · AVGVSTAE · NOSTRAE
AEVO · BREVI
MVLTORVM · AEQVASSE · TEMPORA
MAGNIS · AVCTA · RECTEFACTIS

DCLX.

FELICITAS · HAEC · AVGVSTAE · NOSTRAE
QVANTVM · ALMO · CONIVGI
FAVSTISSIMIS · NVPTIIS · DEBVIT
TANTVNDEM · DE · SVA · LAVDE · REDDIDISSE

DCLXI. (Romae)

REGINAE · REGVM · FILIORVM · REGVM
MARIAE · MAGNAE · AVGVSTAE
AB · IPSA · ORIGINE · HEREDI · REGIAE · POTESTATIS
QVAM · SVBDITAE · FAVSTISSIMO · IMPERIO · EIVS
IMMENSAE · NATIONES
VNO · ANIMO · ET · VIVENTEM · COLVERE
ET · AMISSAM · LVGENT
LVSITANI · IN · VRBE · CONSISTENTES
HONORIS · VIRTVTISQVE · CAVSSA
PARENTAMVS

DCLXII.

PLAVDITE · CIVES · HOSPITESVE
RELIGIONI
MARIAE · MAGNAE · AVGVSTAE
HAEC · EST · QVAE · MIRO · STVDIO
ET · AMORE · SANCTO · FLAGRANS
CORDI · DIVINO · CAELO · PLAVDENTE · ADPROBANTE
SE · REGIAMQVE · DOMVM · LAETA · DEDICAVIT
AVCTOR · IPSA · TEMPLI · AVGVSTI
OMNI · ORNATV · CVLTVQVE · POSTERIS · MEMORANDI
AVCTOR · AMPLIFICATAE · DIGNITATIS
FESTIQVE · AETERNAE · MEMORIAE · DIEI
SVMMORVM · ORDINVM · SPLENDORE · RITVQVE · FVLGENTIS
IPSA · INCOHAVIT · OMNIA · PERFECIT · AVXIT
PRIMA · EXEMPLO · DOMI · FORISQVE
MAGISTRA · VIRTVTVM · ET · CONSERVATRIX

DCLXIII. (Romae)

SVSPICIAT · ORBIS · TERRARVM
MVNIFICENTIAM
MARIAE · MAGNAE · AVGVSTAE
CVIVS · TESTES · INSIGNES · VIRI · AD · HVMANI · GENERIS · SALVTEM · PER · ORBEM · MISSI
QVI · PROPAGATIS · ARTIBVS · STVDIA · POPVLORVM · AVGERENT
QVI · ARTIVM · MAGISTROS · NOVOS · ADDVCERENT
QVI · GENTIVM · BARBARARVM · MOLLIRENT · MORES
CVIVS · ITEM · IMPENSIS · LYCEA · APERTA · AVCTA · MAGISTERIA
DEMONSTRATI · FONTES · STVDIORVM
VIAE · MARIS · VENTORVMQVE · VICES · DETECTAE
INGENIIS · ALENDIS · BIBLIOTHECAE · PARATAE
EXCITATA · PRAEMIIS · DOCTRINARVM · CVPIDO
AVDACIA · PIRATARVM · TERRORE · COERCITA
ET · CAPTIVITATIS · METV · LIBERATAE · NATIONES
NVLLVS · BENEFACIENDI · MODVS · IMPOSITVS

DCLXIIII.

NVLLA · AETAS · SILEAT
PROVIDENTIAM
MARIAE · MAGNAE · AVGVSTAE
CVIVS · CONSILIO · MENTIBVS · AD · SANCTITATEM · VITAE · REVOCATIS
VETERVM · PATRVM · REVIXIT · AVCTORITAS
SACRATAEQVE · LEGES · SVBLATO · CONTEMPTV
IN · HONORE . HABITAE
COHIBITA · OTIOSORVM · NEGLIGENTIA
ET · PONTIFICIS · MAXIMI · DECRETIS · PVBLICOQVE · CONSENSV
RESTITVTA · IN · PERPETVVM · CONCORDIA
FIRMATA · PAX
EXHILARATAE · BONORVM · VOLVNTATES
PERFVGIVM · PERICLITANTI · IVVENTVTI · DESIGNATVM
NVLLVM · HOMINVM · GENVS
SINE · TVTELA · ESSE · COEPIT

DCLXV. (Romae)

ADMIRENTVR · POSTERI
FELICITATEM
MARIAE · MAGNAE · AVGVSTAE
CVI · DATVM · DIVINITVS · EST · VT · VNA · MAXIME
DIVTVRNAM · PACEM · AFFERRET · POPVLIS · ODIA · IMPROBORVM · EXSTINGVERET
PERICVLA · IN · POSTERVM · AMOVERET
IAM · AB · ANNO · $\overline{\text{M}}$ · $\overline{\text{DCC}}$ · $\overline{\text{LXXXVI}}$ · BELLI · NOMEN · IGNOTVM
NVLLVS · HOSTIVM · METVS · FINITIMORVM · CONCORDIA · ET · LONGINQVORVM · VNA · ERAT
SVBLATA · INCOMMODA · EXPORTATIONVM · ET · PORTORIIS · LIBERATA · COMMERCIA
INDVSTRIAE · IN · PROMPTV · PRAEMIA · CVIQVE
NVLLI · INTERCLVSA · DITESCENDI · RATIO
ARTIVM · BONARVM · OBLATA · COGNITIO · VOLENTIBVS
PVERILIS · INSTITVTIONIS · EXSPERS · NEMO
PARATA · VBIQVE · NON · INVITIS · SVBSIDIA
VITIIS · ADEMPTA · VIS · INSIDIARVM · AMOTAE · CAVSSAE

CAPVT VIII.

INSCRIPTIONES POETICAE

DCLXVI. (pro Vrbe in clypeo votivo)

MARIAE · RESPICIENTI
SACRVM
SODALES · MARIALES
AN · M · DCC · LXXXXVII ·
OBTVTVM · EIVS · TAMQVAM · VIVENTIS
IN · IMAGINE · CONTEMPLATI
TESTES · FACTI · DEDICAVERVNT
ALMA · PARENS · NOSTROS · CERTE · MISERATA · LABORES
DIC · NOS · CVR · PICTIS · RESPICIS · E · TABVLIS
PRODIGIVM · AVT · SERIS · DICTVRA · NEPOTIBVS · AETAS
FAC · IMPROVISO · GAVDEAT · AVXILIO

DCLXVII. (Romae in cella orphanotroph. sub cura Castelli Card.)

HVC · LARIBVS · VACVIS · PRIMO · CONCESSIMVS · AEVO
VTROQVE · IMPVBES · ORBA · PARENTE · MANVS
TV · PATER · ES · MISERAE · IVVENTVS · TEQVE · AVSPICE · MATREM
QVAERENTI · MAGNA · HEIC · VIRGO · REPERTA · PARENS

DCLXVIII. (Claris ad portam Hypogei)

IMPIVS · HINC · PROCVL · ESTO · PII · SVCCEDITE · SACRVM
HAC · ITER · EST · AGAPES · MARTYRIS · AD · TVMVLVM

DCLXVIIII. (Romae in tabulis, quae prodigia referebant B. V. Francisci Geronimei)

PROBROSAM · MALIS · MACVLATAM · SORDIBVS
REPENTE · NVMEN · KATHARINAM · STRAVERAT
ADEST·FRANCISCVS·INCLAMATQVE·FVNCTAM·VBI·ES
RESPONSVM · MVLTIS · ILLA · SPECTATORIBVS
DAT · HOC · AETERNIS · TRADITA · VROR · IGNIBVS

DCLXX.

DEXTRAM · AMBROSELLVS · IGNIS · ICTV · PERDITAM
DEFLEBAT · CANCRI · ET · VLCERE · INSANABILEM
TVAM · PRAESENTIS · SENTIT · AT · SVPPLEX · OPEM
FRANCISCE · MORBVS · ABVOLAT · DEXTRA · VIGET

DCLXXI.

DEVOTA · VIRGO · NVMINI · RISPOLIA
IACEBAT · AEGRA · LAEVVM · IAMDIV · LATVS
QVAERENS · AMISSVM · TV · VOCANTI · PROTINVS
ADSTAS · FRANCISCE · VIRES · REDDIS · INTEGRAS

DCLXXII. (Romae)

LITTORE · AB · EOO · SALLVSTI · ADVECTVS · IN · HORTOS
QVI · METAS · INTER · IAM · CAPVT · EXTVLERAM
MOX · IACVI · MISER · HEV · MVLTOS · DIFFRACTVS · IN · ANNOS
IPSAE · ARTES · MECVM · DVM · IACVERE · BONAE
ET · FORE · SPES · FVERAT · CAELI · VT · ME · SEDE · LOCATVM
ROMA · NOVIS · MELIOR · CERNERET · AVSPICIIS
SED · PROCVL · ADVERSVM · SVRGENS · AD · SIDERA · MOLES
SPREVIT · ET · AVECTVM · FOEDA · RECEPIT · HVMVS
INDE · TAMEN · MAGNVS · SORTEM · MISERATVS · INIQVAM
ME · PIVS · AD · PINCI · SVSTVLIT · ALTA · IVGI
IVSSIT · ET · HINC · POPVLO · SIGNVM · OSTENTARE · QVIRINO
PETRVS · QVOD · PATRIIS · ARCIBVS · IMPOSVIT

DCLXXIII. (Claris)

MARTYRI · SANCTAE · SALVTIFERAE
AGAPE · ADVENAE
SACRVM
EX · VOTO
ZANE · PVER · QVALE · ADMISTI · NEC · BIMVLE · CRIMEN
FEBRIS · VTRVMQVE · TIBI · LVMEN · VT · ERIPERET
NIL · EGO · ET · INSONTES · NIL · PECCAVERE · PARENTES
QVAESITVM · AT · SANCTAE · SIC · DECVS · EST · AGAPE
NAMQVE · SVBVRBANA · MATER · DVM · SVPPLICAT · AEDE
ILLA · MEIS · TENEBRAS · DISPVLIT · EX · OCVLIS



DCLXXIIII. (ibidem)

MARTYRI · SANCTAE · SALVTIFERAE
AGAPE · INCOLAE
SACRVM
EX · VOTO
VICVS · VBI · IN · LAEVVM · DECLINAT · PROXIMVS · AVSTRVM
QVAEREBAT · MEDICAS · AEGRA · PVELLA · MANVS
ANNA · OLLI · NOMEN · MISERAE · CVI · TRISTE · TVENTI
SQVALOR · VBIQVE · ADERAT · FLAVVS . VBIQVE · COLOR
IMPLORATA · AGAPE · VOTA · AVDIIT · HEICQVE · VIDENDI
REDDITA · VIS · SVBITO · EST · PARTA · SALVS · REDVCI



DCLXXV. (in tabula)

VIAE · APPIAE
QVALEM · PIVS · VI · PONT · MAX · AB · VRBE
TARRACINAM · TENVS · RESTITVENDAM · CVRAVIT
DIAGRAMMA
FRANCI · FERRARI · MANV
CVIVS · ET · OPERA
A · VICO · IANVARIO · AD · MVNICIPIVM · VELITERNVM
MVNITA · EST
ASPICE · OPVS · PIE · TE · DIGNVM · SIC · DEBVIT · ORBI
VSQVE · BONVM · AD · PATREM · TVTA · PATERE · VIA

DCLXXVI. (Romae sub stat. Pii VI. in Hermam Periclis incumbente)

AEQVALES · PERICLIS · ME · VINDICE · VIVITIS · ARTES

DCLXXVII. (Claris)

HONORI · ET · VIRTVTI
IOANNIS · NOVAGANI · CVRION · CAN ·
PRAEFECTI · DOCTR · CHRIST · TRAD ·
MVNERE · VTROQVE · SANCTE · PERFVNCTI
QVI · VIX · ANN · P · M · LXX ·
CLARVS · MAGNA · VI · ANIMI · INGENIQVE
ET · RIGIDA · INNOCENTIA
ELATVS · VIII · ID · OCT · AN · M · DCCC · VI ·
OCCIDIS · O · NOVAGANE · DECVS · PATRIAEQVE · SACRIQVE
ORDINIS · VNO · OMNES · TANGIMVR · INTERITV
QVID · TIBI · NON · PROCERES · DEBENT · ET · CLARA · IVVENTVS
DOCTRINAE · OLIM · OPIBVS · LARGITER · AVCTA · TVAE
AVT · QVID · PLEBS · OMNIS · NON · IMPETRASSE · FATETVR
SAEPE · EXPERTA · TVVM · PROTINVS · AVXILIVM
INGENIO · STVDIOVE · QVIBVS · NON · VTILIS · IDEM
AVT · QVIBVS · OBSEQVIO · SERVS · ET · OFFICIO
IAM · NOSTRVM · POTIS · HOC · VNVM · LENIRE · DOLOREM
PARTA · TIBI · AETERNA · EST · QVOD · PIETATE · SALVS
EX · DECR · COLL ·

DCLXXVIII. (Tusculi)

AQVA · TVLLIA
EXIGVVS · QVAMVIS · VRNA · NEC · DIVITE · FONS · EST
NIL · PVDET · INGENTI · SAT · DECVS · A · DOMINO
NAM · TVLLI · MIHI · RVRE · CAPVT · MEVS · ILLA · DISERTI
HOSPITIS · HEIC · CREBRO · PROLVIT · ORA · LIQVOR

DCLXXVIIII. (Claris)

BALTHASARI · BAPT · F ·
BIGONIO
ANNORVM · IIII ·
PVERO · CARISSIMO
MIRAE · FESTIVITATIS
ANGELICA · MATER · ET · IOANNES · PATRVVS
CVM · LACRIMIS · POSVERE
AVE · ANIMA · INNOCENTISSIMA
IN · PACE · ☧
DVM · STVDIIS · PAVLLVS · FLORET · DVM · MATRIS · AMORE
FESTIVVS · GAVDET · BALTHASAR · ANGELICAE
EXIMIOS · LAETVS · PVEROS · PATER · ADDITVS · ASTRIS
ADSPICIT · ET · SOCIVM · POSTVLAT · ALTERVTRVM
OMNIPOTENS · TANTAE · CVI · VIRTVS · COGNITA · MATRIS
ILLE · INQVIT · GENERIS · SIT · DECVS · ISTE · POLI

DCLXXX. (apud Civitenses in finib. Bergomi)

QVOD · FELIX · FAVSTVMQVE · SIT
ALOISIO · MOTTERLINIO
ARCHIPRESBYTERO · MAGNO
IN · SEDEM · HONORIS · SVI · RECEPTO
GRATVLATIO
CLARENSIVM · ALVMNORVM
EIVS
HEIC · DVM · NOSTRA · TVIS · EXCVLTA · LABORIBVS · AETAS
CRESCERET · INGENIIS · ATQVE · FAVERET · AMOR
ID · FVIT · IN · VOTIS · TVA · QVVM · FACVNDIA · CIVES
ADLICERET · PLENO · NOBILIS · ELOQVIO
PRIMA · TIBI · VNANIMES · CENSERENT · PRAEMIA · PATRES
NEC · PROCVL · HINC · SINERENT · TANTVM · ABIISSE · VIRVM
PROVIDA · SED · PATRIAE · TIBI · MENS · PROPERAVIT · HONOREM
HAVD · PASSA · EXTERNO · CEDERE · TALE · DECVS
HOC · ET · CLARENSES · MERITIS · CONCEDIMVS · AEQVI
QVIPPE · PRIOR · DEBET · PATRIA · CIVE · FRVI

DCLXXXI. (ad Vrbem)

PHILOMARINI · ME · QVAM · DICVNT · VILLVLAM
MOENIA · SVB · IPSA · COMMODO · SITAM · LOCO
VIX · DILIGEBAT · DOMINVS · AT · COEPIT · MODO
AMARE · ME · IDEM · IMPENSIVS · ET · REVISERE
SOLET · BEATVS · QVOTIES · ILLI · EST · OTIVM
MIRVM · HOC · VIDERI · HOSPES · SED · DEBET · NEMINI
DVM · FERIATVR · QVIPPE · NVPER · OPTIMVS
OCTOBRES · HVC · POST · IDVS · DIVERTIT · PIVS
PIVS · VETVSTA · QVI · REDVXIT · SAECVLA
IAM · LVCE · EX · ILLA · PARVA · SIM · LICET · DOMO
ET · HORTO · ANGVSTA · TANTILLVM · EXCVRRAM · BREVI
SVM · FACTA · PVLCRIOR · NEQVE · IMPAR · PROXIMIS
SEVERAS · TRISTI · CVRAS · ANIMO · DEMERE
FELIX · SENIQVE · LAETOS · REDDERE · HERO · DIES
ANNO · $\overline{M}$ · $\overline{DCC}$ · $\overline{LXXXVII}$ ·

DCLXXXII. (Claris)

HONORI
HANNIBALIS · BOCCHI · CLARENSIS
IN · COLLEGIVM · PRESBYTERORVM
COOPTATI
SACRVM · PRIMVM
FACIENTIS
AEQVALES · EIVS · SACERDOTES
VOTA · DEO · NVNCVPANTES
SALVE · O · PRAECLARO · PROLES · QVI · PRIMA · PARENTE
HANNIBAL · AD · NOSTROS · MAIOR · HONORE · REDIS
QVAE · DIO · CRESCVNT · ALTARIA · MVNERE · QVAEQVE
MACTATVR · PRONIS · HOSTIA · CAELITIBVS
PLACATVRA · DEVM · POPVLVS · TIBI · DEBET · ET · AVCTO
LAETA · SACERDOTVM · CLARIA · TVRBA · CHORO
DEBEAT · ET · MVLTIS · PATRIAE · QVOD · FVLGEAT · ANNIS
HAEC · PROBITAS · MORES · HI · PVDOR · ET · PIETAS

DCLXXXIII. (Bibliothecae)

HVC · AGE · QVI · SOPHIAE · CVLTOR · CVI · GLORIA · CORDI
IGNAVO · HAS · NVLLI · DISCE · PATERE · FORES
MILLE · INTVS · POPVLI · ACCIPIENT · ANIMAEQVE · SILENTVM
CLARA · QVIBVS · LONGO · PARTA · LABORE · QVIES
HEIC · SEROS · NVLLA · TACITI · MERCEDE · NEPOTES
INSTITVVNT · SOCIOS · DOCTVS · HABERE · POTES

DCLXXXIIII. (Romae)

ME · QVONDAM · AEGYPTI · DESECTVM · E · CAVTIBVS · VNDAS
VIS · QVEM · PER · MEDIAS · ROMVLA · TRANSTVLERAT
VT · STAREM · AVGVSTI · MOLES · MIRANDA · SEPVLCRI
CAESAREVM · TIBRIS · QVA · NEMVS · ADLVERET
IAM · FRVSTRA · EVERSVM · FRACTVMQVE · INFESTA · VETVSTAS
NISA · EST · AGGESTIS · CONDERE · RVDERIBVS
NAM · PIVS · IN · LVCEM · REVOCAT · SARTVMQVE · QVIRINI
SVBLIMEM · IN · COLLIS · VERTICE · STARE · IVBET
INTER · ALEXANDRI · MEDIVS · QVI · MAXIMA · SIGNA
TESTABOR · QVANTO · SIT · MINOR · ILLE · PIO

FINIS

INDICES

RERVM ET VERBORVM

QVAE HINC NOSSE INTERSIT

I.

NOMINA EORVM QVIBVS RES QVAEQVE SACRAE SINT

II.

AVCTORES MONVMENTORVM

H

I

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

III.

ENCOMIA DEFVNCTORVM

A

B

IIII·

ENCOMIA SVPERSTITVM

B

C

D

F

V·

PARTITIO ET ORDO TITVLORVM